γορεῖν ποιήσει. Codices pro ἀναγκάζοι praebentes ἀναγκάζει atque verba ἡ δίκη omittentes defensorem nacti sunt Klotzium l. c. „Id, inquit, scribendum putavi quod libri omnes uno consensu exhibent —. Nam quod vulgo suppletur ἡ δίκη id etiam alienum ab hoc loco est, quum ad haec verba necessario ἡ βίασanos sit supplendum, quod requirit tota hujus loci ratio. Hoc enim dicit orator: *si autem quum torqueantur infitentur et ea non dicant quae ego scripseram, cogit tortura eos quae facta sint profiteri.*“ Hactenus Klotzium: qui vehementer mihi quidem videtur errare. Nam si in his ita variata esset oratio ut ex obliquo genere in rectum delapsus esset orator (id quod postea factum est in verbis αὐτη — ποιήσει: vid. ann. ad VI. §. 23.) neque εἰ cum optativo copulatum, neque praesens tempus sed futurum in apodosi ponendum erat. Substantivum ἡ βίασanos autem, quamvis e verbis διὰ οὖν ταῦτα ἐγὼ βίασανον ἠθέλησα ποιήσασθαι huc possit referri, necessarium certe non est, neque ἡ δίκη, ipsa Justitia (cf. §. 13. δίκη δὲ κυβερνήσειεν) ab hoc loco aliena, quippe quae etiam torturae praesidere credenda sit. Falli autem Reiskium cui ἡ δίκη est magistratus, Undecimviri rerum capitalium, coram quibus servi torquendi essent verum fateri recusantes, nemo non videt. Parum recte etiam haec ἡ λέγειεν μὴ ὁμολογούμενα reddit Klotzium *et ea non dicant quae ego scripseram*: loquitur orator de servis inter se dissentientibus: cf. §. 7. Notandus denique usus verbi κατηγορεῖν pro κατειπεῖν: cf. Lys. de caed. Eratosth. §. 19. καὶ τότε ἤδη — κατηγορεῖ πρώτον μὲν ὡς μετὰ τὴν ἐκφορὰν αὐτῇ προσίοι κτλ.

§. 11. εἰ οἰδ' ἀ γ' — Haec verba rectae orationi praemissa injuria offenderunt Reiskium: vide Foertsch. Obs. critt. in Lys. oratt. p. 53. sq. Matth. gr. §. 630. Sententiam quam hoc loco deprehendimus et Antipho et ceteri oratores frequentant: V. §. 38. VI. §. 27. Lys. de vuln. praem. §. 12. Demosth. adv. Timoth. §. 58. — νῦν δ' κτλ. Verba ἐγὼ γὰρ — ἀντ' ἐμοῦ a reliqua sejuncti oratione ut haec νῦν δ' arctissime jungerentur cum ἐμοὶ δήπου κτλ. Ita enim solent loqui praeunte Homero II. XII. 326.

Νῦν δ' — ξμπης γὰρ κῆρες ἐφεξᾶσιν θανάτοιο
Μυρταί, ἃ οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι —
Ἴομεν κτλ.

Eandem sententiam verbis paululum immutatis expressit Antipho V. §. 38. νῦν δέ, ὅποτε αὐτοὶ οὗτοι προκαλουμένων τῶν

φίλων τῶν ἐμῶν ταῦτ' ἔφυγον, ἐμοὶ δὴπου κατὰ τούτων εἶναι χρὴ ταῦτα τεκμήρια. Qui cum Bekkero post βασανίσαι ἀντ' ἐμοῦ pleniorem posuerit interpunctionem, is insuavem reddiderit et prave dissectam orationem. Quamquam νῦν δὲ formula cum γὰρ conjuncta minime abhorret a graeco sermone. At male has particulas in unum consociant: in quo errore cum Astio Comment. ad Plat. Protag. p. 37. sq. 136. sq. et Fritzschio Quaestt. Lucian. p. 64. Kühnerum quoque esse video gr. II. p. 454. Ea enim est γὰρ particulae vis ut „rationem reddat sententiae antecedentis ejusque vel verbis expressae vel ex orationis serie intelligendae.“ Quamobrem in νῦν δὲ — γὰρ suppressam esse sententiam qualis haec est οὐχ οὕτως ἔχει, statuamus oportet. De quo genere copiose atque dilucide exposuit Stallbaum. ad Plat. Euthyphr. p. 72. sq. Apol. p. 38. B. Lach. p. 184. D.

§. 12. εἰ γὰρ τούτων ἐθελόντων . . ἐγὼ δὲ μὴ ἐδεξάμην. Δὲ particula jure a Dobsono e codicibus recepta atque a Klotzio defensa est: conf. II. β. §. 4. τούτων ὑπόπτων ὄντων ἐγὼ δ' εἰκότως καθαρὸς δοκίην εἶναι. Lys. in Alcib. I. §. 21. εἰ δὲ τινες τῶν ἀρχόντων βοηθῶσι αὐτῷ — ὑμᾶς δὲ χρὴ ὑπολαμβάνειν κτλ. Plat. Sympos. p. 220. B. καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἐνδοθεν ἢ εἰ τις ἐξοίη ἡμφισμένων —, οὗτος δ' ἐν τούτοις ἐξίη ἔχων ἱμάτιον μὲν τοιοῦτον οἴονπερ καὶ πρότερον εἰώθει φορεῖν. Plutarch. Them. 21. ἀλλ' εἰ τύγε Πανσανίαν — αἰνεῖς —, ἐγὼ δ' Ἀρισείδαν ἐπαιρέω. Adi Fritzsche Quaestt. Lucian. p. 46. sq. Hartung. de partt. I. p. 186. Naegelsbach. Anm. z. Iliad. Excurs. XI. p. 258. sq. — αἰτεῖσθαι ὅπως αὐτῶν μὴ καταψηφίσσασθε. Hanc futuri formam et hic et infra VI. §. 10. recipiendam esse duxi, in qua ne offendas vide exempla a Lobeckio congesta ad Phrynich p. 746. adde Schömann. ad Isae. p. 196. Verba αἰτεῖν, δεῖσθαι, ἰκετεύειν, πείθειν et similia nonnumquam assumere infinitivi loco ὅπως cum conjunctivo, vel indicativo futuri notum est: cf. nost. §. 23. Thucyd. 5, 86. Dem. adv. Macart. §. 83. in Mid. §. 93. 121. Diod. Sic. 11, 45. Plutarch. Marcell. 17. Aristid. 10. Philopoem. 17. Lucull. 2. Nic. 13. Agesil. 22. Schaefer. Melett. p. 121. Appar. III. p. 416. — εἰ . . οὐκ ἠξίωσαν. Negativa οὐκ post εἰ illata non universam afficit sententiam, sed ad eam pertinet vocem, quacum jungitur. Hermann ad Viger. p. 833. Schömann. ad Isae. p. 324. sq. Bremi. ann. crit. ad Dem. de cor. §. 119.

§. 13. τῶν πραχθέντων τὴν σαφήνειαν i. q. das Genauere der Sache, veram rei conditionem. Vid. III. β. §. 1. — οἰκεῖον σφίσι τὸ κακὸν ἀναφανησόμενον. Τὸ κακὸν est crimen: perspicuum, inquit, fore, ad ipsos potissimum pertinere crimen. Cf. IV. δ. §. 5. οἰκεῖον δὲ τὸ ἀμάρτημα τῷ ἄρξαντι μᾶλλον ἢ τῷ ἀμυνομένῳ ἐστίν. — ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς γε sc. σιωπώμενον καὶ ἀβασάνισον αὐτὸ ἐάσετε. Cf. Isae. de Cir. h. §. 13. Aeschin. in Tim. §. 180. Dem. in Mid. §. 166. 200. in Aristocr. §. 89. in Timocr. §. 115. adv. Callicl. §. 9. — δίκη δὲ κυβερνήσειεν. Offendit Reiskium articuli absentia, sine idonea causa in loco proxime ad prosopopoeiam accedente. Cf. §. 10.

§. 14. ὁ εἶχε Φιλόνεως κτλ. i. e. quod habitare solebat Philoneus quoties in urbe degebat. Urbs, ἄςυ, quod vocabulum saepissime caret articulo, nominis proprii instar positum, ab Atticis opponitur et Piraeo et agris. Philoneus sedem fortunarum suarum videtur habuisse Piraeum, ubi sacra Jovis Ctesii ei facienda erant. Cf. §. 16. — ἀνὴρ καλὸς τε κἀγαθὸς i. e. homo liberaliter educatus, quales quum ii potissimum essent qui honesto loco nati erant, factum est ut divites nobiles atque optimates dicti sint καλοὶ κἀγαθοί. Thucyd. 8, 48. Aristoph. Eqq. 185. Both. Plat. de rep. VIII. p. 569. A. Aristotel. Polit. 4, 8. p. 1293 et sq. Bekk. Ceterum erraret si quis cum Lehneri amico quodam (Philolog. Cur. p. 23.) putaret rarissime καλὸς τε κἀγαθὸς apud Graecos inveniri: conf. vel Aristoph. Nubb. 101. 777. Eqq. 227. 684. Vesp. 1214. Lysistr. 990. Ran. 672. 681. Both. Xenoph. Symp. 8, 11. 17. 9, 1. Plat. Protag. p. 315. D. etsi καλὸς κἀγαθὸς crebrius est. — ἦν ὁ Φιλόνεως κτλ. Capitale fuisse prostituere ingenuam docent Aesch. in Tim. §. 14. 184. Dinarch. in Dem. §. 23. Vid. ann. p. 127. Male autem, si rem spectes e nostri sermonis usu, nomen proprium hoc loco iteratur: quam negligentiam non respuit sermo Graecus: cf. Lycurg. §. 84. 87. Krüger. ad Xenoph. Anab. 1, 3, 14.

§. 15. εἰ οὖν ἐθέλει περθεσθαι ἔφη ἱκανὴ εἶναι κτλ. Scripturam ἐθέλει, quam omnes codices praebent, optativo posthabuerunt recentiores editores: qui genus loquendi tritum abjudicarunt ab Antiphonte. Thucyd. 1, 91. ἐνταῦθα δὲ φανερώς εἶπεν ὅτι — εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι προσβέυσθαι παρὰ σφᾶς, ὡς πρὸς διαγινώσκοντας τοιοῦτον ἔναι κτλ. 2, 2. καὶ ἀνεῖπεν ὁ κήρυξ εἴ τις βούλεται κατὰ τὰ πάτρια τῶν

πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν, τιθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὄπλα. 4, 36. ἄλλως ἔφη ποιεῖν σφᾶς· εἰ δὲ βούλονται ἑαυτῶ δοῦναι μέρος τι καὶ τῶν ψιλῶν, περιμέναι —, δοκεῖν βιάσασθαι τὴν ἔφοδον. 5, 41. 6, 64. 7, 4. Xenoph. Hell. 3, 2, 12. Demosth. in Steph. I. §. 61. in Euerg. et Mnes. §. 37. Atque ipse Antipho VI. §. 23. eodem genere utitur quod ex obliquae atque rectae orationis copulatione conflatum esse patet.

§. 16. ἡρώτα . . εἰ ἐθελήσει. Non magis mirus est hic indicativus ἐθελήσει quam ἐθέλει §. 15.: cf. Bernhardy. Synt. p. 389. — Διὶ Κτησίω. Jovem Ctesium privatis potissimum caerimoniis tamquam πλουτοδότῃν colebant Athenienses, ab hoc deo ὑγίειαν et κτήσιν ἀγαθὴν precantes. Vid. Aeschyl. Agam. 962. Suppl. 445. Isae. de Cir. h. §. 16. Dem. in Mid. §. 53. Hippocr. de insomn. 4. Dio Chrysost. or. I. p. 57. Reisk. Athenae. p. 473. b. Harpocr. Suid. Zonar. s. v. Vales. ad Harpocr. II. p. 477. ed. Lips. Spanhem. not. in Aeschyl. Agam. 1047. Schömann. ad Isae. p. 387. Ipsa hujus dei mentio Philoneum in Piraeo habitasse documento potest esse, quippe cujus religiones in domesticorum sacrorum numero sint. — τῆς αὐτῆς ὁδοῦ. Bernhardy. Synt. p. 138. Hartung üb. d. Casus p. 33. — ἄμα δὲ . . ἐσιᾶσαι ἐκεῖνον. Pro ἐκεῖνον, quod respicit ad nomen proxime praegressum, τὸν πατέρα, e nostri sermonis ratione ponendum erat αὐτόν: illud saepenumero praetulerunt Graeci. Exempla larga manu dabit Schneider. ad Xenoph. Cyrop. 5, 2, 28. Schaefer. Appar. II. p. 215. Foertsch. Obs. critt. in Lys. oratt. p. 70. sq. Epulae autem cum sacris esse solebant conjunctae, ad quas invitabant cognatos amicosque sacrificio quoque concelebrando adhibitos. Isae. de Cleon. h. §. 31. Dem. de f. leg. §. 139. in Neaer. §. 65.

§. 17. καὶ ἐπειδὴ . . ἐντεῦθεν ἐβουλεύετο. Crebro in apodosi adhiberi τότε, ἐνταῦθα, τῆμαῦτα, etiam addito δὴ vel ἤδη, tum, tum vero, tum demum, in vulgus notum: quod fit ubi posterioris membri gravitas ut magis hoc urgeatur postulat. Rarior in apodosi est adverbii ἐντεῦθεν usus. Thucyd. 2, 74. ὡς δὲ ἀπεκρίναντο, ἐντεῦθεν δὴ — κατέστη. Xenoph. Hell. 1, 6, 33. ἐπεὶ δὲ — ἐνίκησαν, ἐντεῦθεν φυγὴ τῶν Πελοποννησίων ἐγένετο. Liban. Apol. caed. IV. p. 588. Reisk. ὡς δὲ τὰ τοῦ γάμου ἦν ἐπὶ τῷ τέλει ἐντεῦθεν ὁ μὲν εἶχε τὸ θυγάτριον κτλ. Quem usum

apte contuleris cum formulae ἐκ τούτου in apodosi collocatione, a Xenophonte frequentata. Atque aliis quoque locis reperies ἐντεῦθεν ubi exspectaveris ἐνταῦθα, velut ap. Thucyd. 8, 92. καὶ ἐντεῦθεν εὐθὺς ἀναβάντες — κατέσκαπτον τὸ τεῖχος. Xenoph. Hell. 1, 1, 6. ἐντεῦθεν δὲ φυγὴ τῶν Πελοποννησίων ἐγένετο πρὸς τὴν Ἄβυδον: ut frustra Bekkerus tentaverit locum Andoc. de myst. §. 115. ἐντεῦθεν ἀπαπηδᾶ Κέφαλος οὕτως. — ὅπως ἂν . . δόλη, πότερα πρὸ δέλπνου κτλ. Ὅπως hic assumere notionem temporalem propter sequentia πρὸ δ. κτλ. temere statuit Lehner: neque enim talia ad vivum resecanda. Compares vel II. β. §. 4. ἔχω δὲ οὐδαμῶς ἄλλως ἐλέγχειν ἢ ἐξ ὧν κτλ. — ἀπὸ δέλπνου. Bernhardy. Synt. p. 221. Pflugk. ad Eur. Hec. 915. Adde Plutarch. Mar. 45. Lucull 9. Achill. Tat. 1, 5. — ἔδοξεν οὖν αὐτῇ . . διακονοῦσα. Nihil mutandum esse vidit Lehner, et exemplorum copia a Duckero ad Thuc. 7, 42. et 70. Poppone Prolegg. ad Thuc. I, 1, p. 117. Stallbaumio ad Plat. Apol. p. 21. C. ad Phaedr. p. 241. D. Pflugk. ad Eur. Hec. 970. collecta demonstrat. Confer vel Thuc. 3, 36. ἔδοξεν αὐτοῖς οὐ τοὺς παρόντας μόνον ἀποκτεῖναι ἀλλὰ καὶ τοὺς ἅπαντας Μιτυληναίους . . ἐπικαλοῦντες τὴν τε ἄλλην ἀπόσασιν κτλ. Ad sententiae potius rationem quam ad normam grammaticam in ejusmodi enuntiatis dirigebant orationis formam: quae negligentia — si modo negligentia est, non gratum variandi studium — plerumque obvia est ubi majore intervallo participii nominativus a nomine vel pronomine distat, ad quod respicit. — In μετὰ δέλπνον non magis necessarius est articulus, quem desiderat Stephanus, quam in praegresso ἀπὸ δέλπνου: cf. Xenoph. Hell. 5, 4, 7. Plutarch. de mul. virt. p. 227. extr. Tauchn.

§. 18. καὶ τὰ μὲν ἄλλα μακρότερος ἂν εἶη λόγος . . ἐμοὶ τε διηγῆσασθαι ὑμῖν τ' ἀκοῦσαι. Cf. Andoc. de pac. §. 9. τάς τε ἄλλας ἀποικίας καθ' ἕκασον διηγῆσθαι μακρὸς ἂν εἶη λόγος. Lys. in Pancl. §. 11. ὅσα μὲν οὖν αὐτόθι ἐβλήθη πολλὸς ἂν εἶη μοι λόγος διηγῆσθαι. — ἐν βραχυτάτοις. Harpocr. v. ἐν βραχεῖ ἀντὶ τοῦ ἀπλῶς καὶ ἐν κεφαλαίῳ. Ἀντιφῶν. Lexicographo an hic locus observatus sit nescio. — σπονδάς τ' ἐποιοῦντο καὶ λιβανωτὸν . . ἐπέτιθεσαν i. e. libarunt atque pro se thura sparserunt. Neque enim audiendus est J. Bakius Schol. Hypomn. p. 211. sq. veterem scripturam ὑπὲρ αὐτῶν defendens, quam interpretatur: *super ipso sacrificio thus im-*

ponebant. Dictionem ἐπιτιθέναι λιβανωτόν, tacita cogitatione sup-
plentes τῆ ἔσχαρῶ, τῷ πυρὶ vel simile quid, triverunt Graeci: cf.
Aristoph. Ran. 839. Vesp. 96. Nubb. 419. Both. Verba ὑπὲρ
αὐτῶν vel ad utramque sententiam recte retuleris: *pro se libarunt
atque thura sparserunt.* Ceterum quae hic commemorantur facta
sunt ex usu convivorum, in quibus libantes diis pro se ipsis
aliisve preces faciebant. Vid. intpp. Xenoph. Symp. II, 1. Stall-
baum. ad Plat. Symp. p. 176. A. Wachsmuth. Hell. Alt. II, 2,
p. 232.

§. 19. τὴν σπονδὴν ἄμα ἐγγέουσα . . ἐνέχει τὸ φάρ-
μακον i. e. vinum quod libationi inserviret infundens simul im-
miscuit venenum. Cum Reiskio utique scribas ἐγγέουσα pro vi-
tiato ἐκέουσα, quod formula solennis ἐγγεῖν (τὴν) σπονδὴν respuit.
Ad sententiam compara Eurip. Jon. 1032. Matth.

δέλτων ὅταν λήγῃσι καὶ σπονδὰς θεοῖς
μέλλωσι λείβειν, ἐν πέπλοις ἔχων τόδε
κάθευ βαλὼν ἐς πῶμα τῷ νεανία κτλ. —

ἴσως . . φιλησομένη. Ἴσως i. q. scilicet, quod non sine ironia
posuit orator, ut facile careamus particula ὡς quam in ejus lo-
cum malint substituere viri docti. Futuri autem medii formam
passive accipiendam immerito suspectam fuisse docebunt Porson.
ad Eurip. Med. 336. ad Hec. 279. Schaefer. Appar. I. p. 500.
Bremi ad Lys. pro bon. Arist. §. 61. Bergmann. et Benseler.
ad Isocr. Areop. p. 229. sq. — πρὶν ἐν τῷ κακῷ ἤδη ἦν.
Cf. §. 29. πρὶν γ' ἤδη ἐν αὐτῷ ὡς τῷ κακῷ.

§. 20. ἐπειδὴ ἀπέσπεισαν. Falso Passovius lex. h. v. ἀπο-
σπένδειν apud Antiphontem contendit significare *mit dem Trank-
opfer fertig seyn*: quod ubique valet *libare de poculo*. Hom. Od.
3, 394. 14, 331. Eurip. Jon. 1198. Ipsa aoristi natura hic efficit
sententiam hanc: *quum defuncti essent libatione.* — τὸν ἐαυτῶν
φονέα μεταχειριζόμενος. Reiskius ad mulierem haec perti-
nere opinatus pro τὸν proposuit τὴν locumque sic interpretatus
est: *mulierem amplexantes alternis modo hic modo ille ulnis, et
osculantes.* Quam interpretationem amplecti videtur Lehner, mas-
culinum articuli genus collato Od. II, 262. defendens: κλυθί μοι
ὁ χθυῖος θεὸς ἤλυθεσ ἡμέτερον δῶ. Sed apertum est de poculo,
quod manibus tenent, loqui oratorem non de muliere: id quod
Bakius vidit. Schol. Hypomn. p. 212. coll. Sophocl. Aj. 1005.
Herm. — εὐθέως παραχρῆμα. Vide de hoc pleonasmo Schaefer.

Appar. IV. p. 451. V. p. 337. Dobr. Adverss. I. 2. p. 465. — εἰς νόσον ἐμπέπτει. Verbum ἐμπέπτειν Graecos numquam aliter nisi cum ἐν τινι jungere docet Goeller. ad Thuc. 3, 71. p. 490. ed. II. Qui manifestus error est. Cf. Antiph. II. β. §. 3. Indd. Demosth. v. ἐμπέπτειν. Ceterum πέπτειν εἰς νόσον habet Aeschyl. Prom. 473. Diod. Sic. 12, 45. ἐμπέπτειν εἰς νόσον Diod. Sic. 14, 71. Excerpt. de virt. et vit. p. 106. Dind. — ἔχει τὰ ἐπίχειρα ὧν ἄξια ἦν οὐδὲν αἰτία οὕσα . . τῷ γὰρ δημοκοίνῳ τροχισθεῖσα παρεδόθη. Patere videtur ex his verbis pellicem a carnifice morte affectam esse. Neque tamen extrema verba non displicent. Cur enim τροχισθεῖσα, torta, carnifici traditur? Ipse potius carnifex tortoris partes agere debuit: vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 476. Neque quae invita interfecit hominem gravissimam capitis poenam meruisse putanda est: cf. Aristot. Eth. Magn. 1, 16. Heffter. Ath. Gerichtsverf. p. 141. Quamquam non ingenua sed serva erat pellex: vid. ann. nostr. p. 127. 137.: atque is, qui amatoriam potionem porrigens, malis artibus et fascinationibus utitur, crimini ἀσεβείας obnoxius potest videri: M. et Sch. Att. Proc. p. 311. Quod proposui παραδοθεῖσα ἐτροχισθη magis ad rem videtur esse accommodatum: scilicet tortori tradita equuleo alligata est. Schol. Aristoph. Pac. 441. οἱ γὰρ δοῦλοι σφαλλόμενοι ἐπὶ τοῦ τροχοῦ δεσμούμενοι καὶ συρόμενοι ἐτύπτοντο ἀνακλώμενοι ἐν αὐτῷ. — ἢ δ' αἰτία τε ἦδη καὶ ἐν θυμηθεῖσα καὶ χειρουργήσασα ἔξει sc. τὰ ἐπίχειρα ὧν ἄξια ἐστίν. i. e. illa vero quae in culpa est, quippe quae et excogitarit scelus et perpetrando sceleri manum praebuerit, statim poenas dabit debitas. Ἦδη cave tentes: copulandum est cum futuro ἔξει. De quo hyperbato vide ann. ad §. 3. Ceterum compara Aeschin. de f. leg. §. 117. αὐτοὺς τοὺς χειρουργήσαντας καὶ βουλεύσαντας et de verbo χειρουργεῖν vide Lobeck. ad Phryn. p. 120. — Quae his subjiciuntur ἐὰν ὑμεῖς τε καὶ οἱ θεοὶ θέλωσιν (cf. §. 2.) ex more oratorum dicta sunt deos tamquam judiciorum praesides, qui judicum regant animos, invocantium. Aeschin. de f. leg. §. 180. Dinarch. in Aristog. §. 3. Aesch. in Ctes. §. 57. Dem. de cor. §. 249. 267. in Timocr. §. 7. Lycurg. §. 2.

§. 21. ἐγὼ μὲν γε κτλ. Μὲν γε particulas codici N obtemperans exhibui: quae quoties a librariis in μὲν γὰρ mutatae sint vix dici potest. Reperiuntur etiam V. §. 14. Cf. Buttman. ad Dem. Mid. p. 46. Schaefer. Appar. I. p. 784. Hartung. de partt. I.

p. 391. *Dobr. Adverss. I. 2, p. 398. II. p. 241. Jacobitz. ad Lucian. Catapl. p. 34. Stallbaum. ad Plat. Symp. p. 180 D. Cratyl. p. 423 A.* — τῷ τεθνεῶτι . . καὶ τῷ ἡδικομημένῳ τὸν ἀτιδιον χρόνον. Ἠδικομηένος τὸν ἀτιδιον χρόνον dicitur is, qui veneno interemtus est, quippe cui illata sit injuria, quae nunquam poterit sarciri. Credo autem fore quibus in τῷ τεθνεῶτι et τῷ ἡδικομημένῳ male videatur iterari articulus, quum ad eandem personam respiciat utrumque participium. (V. Benseler ad *Isocr. Areop. p. 290. sq.*) Sed cavendum est ne temere abjudicemus ab Antiphonte idioma quod vel maxime decere crediderim oratorem grandiusque dicendi genus. Cf. *Dem. de f. leg. §. 160. ἀλλὰ Φίλιππος ἐστὶν ὁ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμῶν καὶ ὁ πολλὰ ὑπισχνούμενος τοῖς Ἀθηναίοις. in Aristocr. §. 132. τοῦ Θρασύκου καὶ τοῦ βαρβάρου. de f. leg. §. 311. τὴν δόξαν καὶ τὴν δικαίαν ψῆφον ὑπὲρ τῆς πατρίδος θέσθαι, atque simil. Lyeurg. §. 128. Dinarch. in Aristog. §. 20. — Dem. de f. leg. §. 87. τὸν αἴτιον καὶ τὸν παρασκευάσαντα τὴν ἔξουσιαν ταύτην ἐκέλευ. ib. §. 280. τοῦ Θρασυβούλου τοῦ δημοτικοῦ καὶ τοῦ ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντος τὸν δῆμον.* Atque quodammodo huc pertinet articuli iteratio quae deprehenditur Antiph. V. §. 63. τῆς χρείας τῆς ἐμῆς καὶ τῆς Ἀνκίνου. *Dem. in Mid. §. 124. τὰς τῆς ἰσηγορίας καὶ τὰς τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν μετουσίαις ἀφαιρεῖσθαι. — ἀθέως καὶ ἀκλεῶς πρὸ τῆς εἰμαρμένης . . τὸν βίον ἐκλιπῶν. Cf. §. 23. τῆς ἐκεῖνον διαχρησαμένης ἀβούλως τε καὶ ἀθέως. II. β. §. 13. ἀδίκως καὶ ἀθέως διαφθαρέντα με ὑπ' αὐτῶν. Sophocl. Electr. 1162. Wund. ὦ σῶμ' αἰλίμως καὶ ἀθέως ἐφθαρμένον. Phrynich. Appar. Soph. ἀθέως διέφθαρται. ἀντὶ τοῦ δεινῶς καὶ ἀπαραιτήτως. Σοφοκλῆς (Oed. Tyr. 254.) τῆςδε γῆς ὡδ' ἀθέως ἐφθαρμένης. οἶον μηδενὸς θεοῦ ἐπικουρίας παρουσίας. Vox εἰμαρμένη autem ut μοῖρα de morte naturali solet poni. Thom. Mag. p. 299. Ritsch. πρὸ μοῖρας θανῶν ὁ βίαιως ἀποθανῶν, πρὸ ὥρας δὲ ὁ ἐν νεότητι. Adde Ammon. de diff. p. 120. Valck. Dem. de cor. §. 205. τὸν τῆς εἰμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει. Plat. Legg. IX. p. 873. ὅς ἂν ἑαυτὸν κτελεῖν τὴν τῆς εἰμαρμένης βία ἀποσερῶν μοῖραν. Isocr. Busir. §. 8. Aegin. §. 29. Sopatr. schol. in Hermog. ed. Walz. V. p. 22.*

§. 22. δεήσεται ἀθέμιτα καὶ ἀνόσια. Ἀθέμιτα cum codicibus dedi etsi infra IV. γ. §. 6. altera forma ἀθέμισα utitur orator: ἀθέμιτος enim uno consensu agnoscunt lexicographi ve-

teres, qui alteram quoque praebent. Pollux I, 21. 22. Suid. p. 135. ed Bernhardy. Etymol. M. p. 22. 23. Maxim. Planud. in Bachmann. Anecd. II. p. 88. Zonar. p. 61. Tittm. atque diserte testatur Suidas ἀθέμιτον — διαφορεῖται i. e. dicitur et ἀθέμιτον et ἀθέμιζον: ἀθέμιτα porro est in var. script. Herodot. 7, 33. 8, 143. Xenoph. Memor. 1, 1, 9. (vid. Valck. ad Her. 7, 33. Schneider. ad Xen. 1. 1.) legimusque in Bekkeri Anecd. I. p. 353. ἀθέμιτοι μοῦσαι εἶπεν Ἀγάθων ἐν Ἀλκμαίωνι. Εὐχὰς ἀθεμίτους reperimus in Plutarch. Aemil. P. 19. ἐκείνοις δὲ καὶ σάλπιγγος ἀκούειν ἀθέμιτον Plutarch. Conv. Sept. Sapient. 6. Verba καὶ ἀνόσια ex Oxoniensi codice jure mihi videor suscepisse: quae jungit alteri nomini noster IV. γ. §. 6. ἀθέμιζα καὶ ἀνόσια δρῶν. Cf. Bekk. Anecd. I. p. 353. ἀθέμιζα καὶ ἀνόσια δρῶν Δείναρχος εἶπε καὶ Σοφοκλῆς. — δεόμενος ὑμῶν ἃ αὐτὴ ἑαυτὴν οὐκ ἔπεισε μὴ κακοτεχνῆσαι. Reiskius qui πείθεσθαι ante ἃ αὐτὴ inseruit ita interpretatus est hunc locum: *rogans vos ut velitis (aut sibi aut matri suae) credere agenti verum esse, quamquam ne ipsa quidem credit, scilicet in hac re nulla mala fraude esse usam.* Addit idem vir doctus: „Possunt verba ἃ αὐτὴ κτλ. etiam sic accipi: *quam rem sc. τὸ κακοτεχνῆσαι, abstinentiam a mala fraude, ipsa non potuit sibi imperare et a se impetrare.*“ De Dobrei sententia in annotatione critica exposui. Fuit qui suspicaretur nihil deesse, sed verba μὴ κακοτεχνῆσαι e verbis δεόμενος et ἔπεισε suspensa et ad veneficam et ad judices spectare: proprie enim ad mulierem, quae mala fraude maritum interemit, respicere, sed poni simul de iudicibus parum juste, ut contendit matris patronus, ream morte affecturis. Quod zēgmatis genus non alienum esse dixerim a graeco sermone. — ὃ καὶ ἐποιήσατε. Non mutavi veterem scripturam: imperativus certe (ποιήσατε) non arridet, quo recepto tantum non eadem quae praecedit iterabitur sententia. In explicando aoristo ἐποιήσατε inter se dissentiunt interpretes. Hauptmannus ad antecedentem pellicis condemnationem respici putat: Lehner ἐποιήσατε idem esse vult quod ποιεῖν εἰώθατε. Neutrius ego sententiae accedo: aoristum potius de re adhibitum esse censeo, quae quamquam nondum perfecta est, tamen non posse non evenire creditur: ita ut animi fiduciam hac voce declarasse statuam oratorem. Kühner. gr. II. p. 78.

§. 23. ζώσης. Inficetum atque supervacaneum hoc voca-

bulum visum est Reiskio ut antitheton illud μητρὸς ζώσης — πατρὸς τεθνεῶτος insulsum atque frigidum. Sed vim atque gravitatem subesse voci ζώσης docent sequentia τῆς ἐκεῖνον διαχρησαμένης, i. e. quae vivit postquam mala fraude interemit maritum. Quod vidit Lehner. — ἀβούλωσ injuriā sollicitatur: est idem quod δυσβούλωσ. Cf. Sophocl. Trach. 140. schol. Br.

§. 24. καὶ ἐγὼ μὲν ἐπεξέρχομαι λέγων, ἵνα δῶ δίκην . . οὗτος δὲ τάναντία ὅπως . . μὴ δῶ δίκην. In altero membro ἵνα in altero ὅπως posuit: cui variandi studio pedestris orationis scriptores saepissime indulgent. Cf. Thucyd. 1, 37. οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικῶσιν ἑτέροις — ἀλλ' ὅπως καταμόνας ἀδικῶσι. 4, 86. 6, 22. 87. Xenoph. Hell. 5, 3, 14. Andoc. in Alcib. §. 40. de pace §. 14. quem locum injuria tentat Bekkerus, Isocr. Nicocl. §. 2. Phil. §. 152. Aeschin. in Ctes. §. 169. Lycurg. §. 119. Dem. adv. Boeot. de dote §. 43. adv. Nicostr. §. 13. qui locus immerito offendit Reiskium atque Schaeferum, Plat. Legg. VI. p. 761. injt. 763. fin. Aristot. Rhet. 1, 1. 2, 2. 23. Rhet. ad Alex. 31. Polit. 7, 14. Diod. Sic. 19, 1. — Post ταύτη Reiskius γὰρ inseri voluit quod ne ferri quidem potest: ταύτη i. q. hanc ob causam.

§. 25. δικαιότερον καὶ ὀσιώτερον καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων γίνοιτο ὑμῖν. Sententia haec est: ita enim facietis, opinor, quod justius atque sanctius est apud deos et homines. Thucyd. 1, 71. δρᾶν οὐδὲν ἄδικον οὔτε πρὸς θεῶν οὔτε πρὸς ἀνθρώπων. — Ἄν particulam huic loco non debebat obtrudere Dobreis Adverss. p. 167., quae abest ab optativo infra quoque III. β. §. 6. IV. δ. §. 3. V. §. 64. Nudo enim optativo designari opinionem, minime illam quidem e conditione aptam, negari nequit: cf. Reisig. de ἄν part. p. 123. Hermann. de part. ἄν p. 160. Schömann. ad Isae. p. 410. Stallbaum ad Plat. Lys. p. 214. D. Qui modus sine ἄν particula etiam post protasin, cui conditionis notio inest, illatus a graeco sermone non est alienus. Quid enim est quod impediatur ne particula illa absit, sententiarum nexu atque cohaerentia omnem sermonis et obscuritatem et ambiguitatem tollente? Proficiscitur enim in ejusmodi enuntiatis ἄν particula ab illo perspiciutatis atque evidentiae amore, quo mirum quantum Graeci delectantur. Quod studium etsi plerumque peperit hanc particulam, tamen nonnunquam factum est ut legentis vel audientis menti in apodosi non subveniret

veniret sermonis luxuria. Itaque errare videtur Matthiaens gr. p. 1167. ed. 3. qui sumit „dafs nach bedingten Sätzen mit *εἰ* als blofser Bedingungsartikel sich wohl schwerlich im Nachsatz der Optativ ohne *ἂν* findet“ atque Bernhardyus Synt. p. 412. nimis angustis illum usum circumscribere finibus: Aber jede sonstige Auslassung der Partikel bei allem, was unter Bedingungen möglich ist, leidet eine Beschränkung auf die Epiker der älteren — und der späteren Zeit, theilweise auch auf die Tragiker —, dagegen ist sie von den Gewährsmännern des ächten Atticismus den Komikern und klassischen Prosaikern gänzlich auszuschliessen.“ Tu confer Antiph. II. β. §. 4. *εἰ γὰρ — φανεῖται, — καθαρὸς δοκίην εἶναι.* IV. δ. §. 3. *ἀνόσια γὰρ ὁ διωκόμενος πάθοι, εἰ — φονεὺς ἔσαι.* Lys. de bon. Aristoph. §. 35. *ὥς εἰ οἴονται. πολλὰ γενέσθαι Νικοφῆμω, ὁμολογήσειαν τὰ Κόνωνος εἶναι πλείονα ἢ δεκαπλάσια.* Isocr. de perm. §. 79. *εἰ δὲ τοῖς λόγοις πείθοισθε τοῖς ἑμοῖς, ὅλην τὴν Ἑλλάδα καλῶς διοικοῦτε.* Isae. de Hagn. h. §. 38. Dinarch. in Dem. §. 91. Demosth. prooem. 34. p. 620. Bekk.

§. 26. *ἐκ τῆς γῆς τῆσδε ἰ. e. ex Attica.* Cf. V. §. 13. *τῆσδε τῆς πόλεως.* At ib. *εἰς τὴν γῆν ταύτην.* §. 14. VI. §. 2. et 42. *ἐν τῇ γῆ ταύτῃ.* VI. §. 7. *ἐκ τῆς γῆς ταύτης.* Falso enim de hoc genere praecipit Boeckh. Not. crit. ad Pind. p. 381. et qui eum sequutus est Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 468. E. Protag. p. 309. B. „Athenienses, inquit, ubi Athenis sunt, urbem suam dicunt *τῆνδε τὴν πόλιν*: ubi vero *ταύτην τὴν πόλιν* nominant, significatur urbs certa modo obiter memorata et ab aliis distinguenda aut opposita alii, quae si memorabitur dicetur *ἐκεῖνη.*“ Tu compares velim Andoc. de red. §. 3. 4. 10. 12. 16. Lys. pro Call. §. 2. 3. Isocr. de pac. §. 49. 136. Din. in Aristog. §. 25. Aeschin. in Ctes. §. 17. — *πῶς οὖν ταύτην ἔλεεῖν ἄξιόν ἐστι ἢ αἰδοῦς τυγχάνειν.* Repentina quae in his verbis deprehenditur subjecti mutatio, communis est scriptorum graecorum neque in oratorum reliquiis infrequens: cf. Isae. de Nicostr. h. §. 3. Lycurg. §. 25. Dem. in Neaer. §. 118. Multa hoc genus dabunt Schaefer. Appar. V. p. 49. Foertsch. Obs. critt. in Lys. oratt. p. 47. sq. Schoem. ad Isae. p. 270. Ad sententiam quam orator expressit conferas velim Dem. in Mid. §. 100. Lycurg. §. 141.

§. 27. *οὕτω δέ τοι καὶ ἔλεεῖν κτλ.* Haec cum prae-

gressis non apte cohaerere cujusvis est perspicere. Suspicio ante οὕτω nonnulla excidisse, opposita ea quidem verbis οὕτω — καὶ ἔλεεῖν κτλ., sicut in sequentibus opponuntur illa καὶ ὥσπερ — ἀπώλεσεν his οὕτω καὶ — τῆς δικαιοσύνης ἂν τύχοι τιμωρίας. — οὐτε θεοὺς οὐδ' ἥρωας οὐτ' ἀνθρώπους αἰσχυνθεῖσα οὐδὲ δέισασα. Participium αἰσχυνθεῖσα jure mihi videor assumisise e codice Oxoniensi: cf. Isocr. Trapez. §. 14. οὐκ ἤσχύνετ' οὐδ' ἔδεδόκει. adv. Euthyn. §. 8. οὐς ἂν μήτ' αἰσχύνονται μήτε δεδίωσι. Lys. in Diog. §. 13. καὶ εἰ μηδένα ἀνθρώπων ἤσχύνου, τοὺς θεοὺς ἐχρῆν σε, φησί, δεδιέναι. §. 17. οὐτε τοὺς θεοὺς φοβεῖ οὐτ' ἐμὲ — αἰσχύνει. de inval §. 10. οὐτε τὴν τύχην δέισας οὐτ' ὑμᾶς αἰσχυνθεῖς. Heroum in hac sententia cum diis conjunctio insoliti quid videtur habere: cf. Xenoph. Hell. 2, 4, 21. αἰδούμενοι καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους πάσασθε ἀμαρτάνοντες. Lesb. bonact. Protr. II. p. 657. Bekk. ἀλλὰ γὰρ οὐτε θεοὺς οὐτε ἀνθρώπους αἰδοῦνται.

§. 28. Θαυμάζω . . τῆς τόλμης τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς διανοίας τὸ διομόσασθαι κτλ. Temere hic novandi studio ignoscebat Reiskius: quem fugit locus Demosth. in Timocr. §. III. Θαυμάζω — τῆς ἀναιδείας αὐτοῦ τὸ — τὸν ἕλεον τοῦτον ἐπὶ τῷ πλήθει τῷ ἡμετέρῳ μὴ ποιήσασθαι, ab ipso Reiskio recte explicatus: in vel ex ejus audacia hoc maxime miror etc. Nec διανοίας in ἀνοίας mutandum: cf. Lys. adv. Sim. §. 44. Θαυμάζω δὲ μάλιστα τούτου τῆς διανοίας κτλ. Hoc dicit orator: nequeo satis mirari audaciam atque mentem fratris jurejurando interposito contendentis etc. De re confer §. 8. — οὐ γὰρ δήπου μαρτύρων γ' ἐναντιον κτλ. Satis trita ab Antiphonte sententia: cf. II. γ. §. 8. V. §. 43. VI. §. 18. — τοὺς θανάτους . . μηχανῶνται. Pluralis τοὺς θανάτους ad complures homines atque ad varia mortis genera pertinet. Neque enim Stallbaumii amplector sententiam ad Plat. Crit. p. 46. C. annotantis solere hujusmodi nomina quando de violentia et crudelitate cogitetur in numero plurali poni. Conf. Plat. Legg. IX. p. 870. τοὺς οὖν τούτων μηνυτὰς ἀναιροῦσι θανάτοις. Isocr. Archid. §. 89. ὑπὲρ τούτων — καὶ φυγὰς καὶ θανάτους οἴομαι προσήκειν ἡμῖν ὑπομένειν. in Lochit. §. 8. εἰς τοῦτ' ἤδη τινὲς ὄργῆς προήχθησαν ὥς εἰς τραύματα καὶ θανάτους — ἐλθεῖν. Nicocl. §. 32. ὡςε μήτε φυγὰς μήτε θανάτους — ἐπὶ τῆς ἐμῆς γεγενῆσθαι βασιλείας. — Quae paulo post infertur abundantia μάλιστα . .

λαθραιότατα illustratur a Matth. gr. §. 461. f. Abundanter haec quoque posita sunt καὶ ὡς ἄνθρωπον μηδένα εἰδέναι. Vim autem quae particulae ὡς inest infinitivo junctae probe perspexit Sauppius ad Lycurg. p. 94. Quam illustrabunt etiam haec exempla in quibus pleniore dicendi genere usi sunt: Xenoph. Hell. 6, 1, 4. φρόνιμος μὲν οὕτω στρατηγός ἐστιν ὡς οὐ μάλα — ἐφραμαρτάνειν. Ages. 2, 7. ὤπλισέ τε οὕτως ὡς ἅπαντα μὲν χαλκὸν — φάλεισθαι. Plat. Legg. VII. p. 814. οὕτως αἰσχροῦς τὰς γυναῖκας εἶναι τεθραμμένας ὡς μηδ' — ἐθέλειν κτλ. Ὡς apud nostrum exstat etiam V. §. 63. οὐ σφόδρα ἐχρώμην ἐγὼ Λυκίῳ φίλῳ ὡς πάντα ποιῆσαι ἂν τὰ ἐκείνῳ δοκοῦντα.

§. 29. πρὶν γ' ἦδη . . ὥσι. De πρὶν particula sine ἂν posita sat habeo commemorare Stallbaum. ad Plat. Phaed. p. 62. C. Rost. gr. p. 646. ed. 4. Kühner gr. II. p. 547. sq. — ἐὰν φθά-
νωσι . . πρὶν ἀποθανεῖν κτλ. Rem ab oratore commemora-
tam confirmant ea quae leguntur ap. Lys. in Agor. §. 4. 41. 42.
92. 94. nost. §. 1. Hinc ortus est locus communis quem tech-
nici vocant τὸν τῆς ἐντολῆς τόπον. Vid. Longin. frgm. VIII. p. 121.
ed. Egger. Paris. 1837. Verbum φθάνειν sequente πρὶν cum in-
finitivo construit Thucyd. 4, 67. 7, 36. Aristot. Polit. 5, 2. al.
— In verbis τιμωρῆσαι σφίσιν αὐτοῖς offendit Bekkerus
αὐτοῖς tamquam otiosum ejiciens: qui usitatum loquendi genus
exterminavit. Falso enim statuunt ibi tantum pronominis αὐ-
τὸς casibus obliquis cum pronomibus personalibus conjuncti
locum esse ubi propter gravitatem atque efficaciam suam prono-
men urgeri debeat. Cf. nost. V. §. 4. ἐγὼ — ἀτήσομαι ἑμᾶς
οὐχ ἄπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀγωνιζομένων ἀκροῦσθαι σφῶν αὐτῶν ἀ-
τουῦνται, ubi v. ἀκροῦσθαι potius pronuntiatione acuendum est
quam pronomem, et quae congesserunt Krüger. ad Dionys. Histo-
riogr. p. 340. Schömann. ad Isae. p. 185. sq. Similiterque pro-
nominibus possessivis alterum addunt: cf. §. 30. καὶ οἰκέτας τοῦς
σφετέρους αὐτῶν ἐπικαλοῦντες μάρτυρας. V. §. 77. Isocr. Nicocl.
§. 57. Panath. §. 12. Aeschin. in Ctes. §. 9. Lycurg. §. 141.
Quamquam aliter statuit Schiller ad Sluiter. Lectt. Andoc. p. 108.

§. 30. παιδὶ ὄντι. Cf. infr. νέῳ ἔτι ὄντι. Si nomen παῖς
urgendum est, filius nondum compleverat decimum quartum aeta-
tis annum eo tempore quo pater exstinctus est. Quamquam de
aetate puerili alii aliter statuunt: cf. Poll. 2, 4. Ammon. de
diff. p. 35. Valck. Tzetzes ad Hesiod. Opp. p. 143. Scut. p. 212.

ed. Basil. Puer autem non poterat litem intendere: quod jus ad eum pertinebat, qui in curialium album esset inscriptus atque pleno perfectoque civitatis jure frueretur. Schömann. de comitt. p. 76. M. et Sch. Att. Proc. p. 555. 562. Heffter. Ath. Gerichtsverfassung p. 75. Itaque accusator quatuor vel quinque annis post patris caedem novercae hanc actionem intendisse credendus est.

§. 31. Ἐμοὶ μὲν οὖν διήγεται καὶ βεβοήθηται κτλ. De perfecto διήγεται passivam significationem assumente vid. Buttman. gr. ampl. II. p. 51. n. 7. Similibus orationum clausulis utuntur Aeschin. in Ctes. §. 260. Din. in Dem. §. 113. Lycurg. §. 149. Vid. Wurm. ad Din. p. 166. — ἐν ὑμῶν δ' ἐστὶ. Etiam ante infinitivum nihil causae esse videtur, cur ἐστὶ scribatur: neque enim ex uno verbo ἐστὶ pendet infinitivus sed ex universa sententia ἐν ὑμῶν ἐστὶ, neque verbum potius quam pronomen ipsa pronuntiatione adjuvandum est. Cf. Lycurg. §. 52. Baît. et Saupp. τοῖς θεοῖς τοῖς κάτω μέλειν οἱ ἠδίκηνται. Pronomen relativum cave referas ad inferos: supple potius ad relativum τούτων pronomen: *credo etiam diis inferis curae esse eos qui laesi sunt.* De re adi Platon. Legg. IX. p. 880. E. de rep. X. p. 615. A. sq.

II.

IN TETRALOGIAM PRIMAM.

Antiphontis tetralogiae tres, quae hodie exstant, quaternas continent orationes, quarum binae actori, binae reo tribuuntur. Etenim Athenis in caedis actionibus atque in aliis, ut videtur, judiciis — vid. Aristot. Rhet. ad Alex. 19. p. 1432 extr. Bekk. — et actori et reo bis perorandi potestas solebat dari: de quo more adi nostrum V. §. 13. VI. §. 14. M. et Sch. Att. Proc. p. 711. Heffter. Ath. Gerichtsvf. p. 324. Platner Proc. u. Klag. I. p. 187. Hermann. gr. Staatsalt. §. 142, 2. Ipsum tetralogiarum nomen nemo eorum, qui verba ex his orationibus excerpta lexicis suis inseruerunt, commemorat: in τῶν φρονικῶν numero eas reponit Ammonius (de diff. v. ἐνθύμημα) quo nomine universae Antiphontis orationes, solent designari: cf. Hermogen. de f. or. in Walz. Rhett. gr. III. p. 385. sp. Johann. Sicul. in Walz. Rh. gr. VI. p. 500. Multi deuterologiarum nomen his oratiunculis

videntur indidisse: quod colligo e verbis schol. Aphthon. in Walz. Rhett. gr. II. 33. δευτερολογίας δὲ τρόπους τέσσαρας εἶναι φασιν, εἷς μὲν ὅτε τοῦ αὐτοῦ προσώπου καὶ πράγματος μένοντος δύο γίνονται λόγοι, ὥςτε κατηγορήσαντος τοῦ διώκοντος καὶ ἀπολογησαμένου τοῦ φεύγοντος αὐθις κατηγορῆσαι τὸν διώκοντα [καὶ] ἀνατρέποντα τὴν ἀπολογίαν καὶ τὸν φεύγοντα πάλιν ἀπολογῆσασθαι πρὸς τὴν δευτέραν κατηγορίαν, ὡς εἶχον οἱ τοῦ Ἀντιφῶντος δευτερολογίαι, et Doxopatri Homil. in Aphth. Walz. II. p. 378. ubi eadem fere leguntur. Quibus adde Prolegg. de stat. ap. Spengel. Artt. Scriptt. p. 215. εὐρίσκομεν τοὺς ῥήτορας καὶ ἀπολογίας καὶ κατηγορίας περὶ τῶν αὐτῶν ποιουμένους ὡς καὶ ὁ Ἀντιφῶν ἔχει τὴν δευτερολογίαν ὑπὲρ καὶ κατὰ καὶ πάλιν [ὑπὲρ] περὶ τῶν αὐτῶν. Ita vero Antiphontis tetralogiae comparatae sunt ut nemini possit dubium esse quin exercitationis ergo ab oratore conscriptae sint. Quae etsi largam oratoribus praebent materiam in utramque disserendi partem, tamen lineamentorum speciem prae se ferunt ipso pigmentorum colore carentium. Neque vero ingenii subtilitas atque sermonis elegantia qua excellunt hae orationum quemquam potest fugere: ut a fucata recentiorum temporum eloquentia in scholis ostentari solita quam longissime abesse Antiphontis declamationes in aperto sit. Quas quo jure statuat Spengelius Artt. Scriptt. p. 117. sq. olim τέχναις ῥητορικαῖς Antiphontis insertas fuisse, post inde resectas esse, in medio equidem relinquo.

Prima Antiphontis tetralogia ad caedis voluntariae actionem pertinet. Civis quidam noctu cum pedisequo a coena rediens caeditur cum ipso comite. Ac dominus quidem illico mortuus est, servus postquam, a mortui propinquis de domini caede interrogatus, in sicariorum numero se inimicum domini quendam agnovisse dixit, exspiravit. Hunc ipsum inimicum cognati atque affines caesi, ad quos interemti ultio pertinebat, voluntariae caedis crimine arcessunt. Ingeniose autem atque subtiliter et actor, uno servi testimonio adjutus, reum crimini obnoxium esse ostendit, et reus se culpa vacuum esse demonstrat, fisis ille quidem servorum suorum testimonio: suos enim omnes adversariis torquendos offert, qui confirmant ea qua caedes patrata sit nocte domusquam reum esse progressum.

α.

IN ARGUMENTUM.

δύο . . ἐμελέτησεν. Cf. Argum. Aristid. or. Leuctr. I. p. 610. Dind. πέντε λόγους ἐμελέτησε. Ernesti lex. techn. rhet. gr. p. 208. Ad causas fictas respicit. — τῷ Λυσίου λόγῳ τῷ πρὸς Μικλήνην γεγραμμένῳ. Vide de hac Lysiae oratione Westermann. Gesch. d. gr. Bereds. p. 285. 24. Hoelscher. de vit. et scriptt. Lys. p. 184. In simili causa hanc orationem versatam esse puto: atque de convivio agi in ea patet ex Athenaeo VIII. p. 365. b: etsi non nego de argumenti quoque expositione atque universa orationis indole intelligi posse quae prooemiographus affert: ut Spengelio Artt. Scriptt. p. 118. hoc demus Lysiam imitatum esse Antiphontem. — συγκεκομμένος i. q. verberibus commulcatus: verbum per se spectatum non designat necatum esse hominem. — συγγενής τις κτλ. Jus enim persequendi caedis auctorem solis τοῖς ἔγγυτάτω γένους erat concessum: cf. nostr. IV. δ. §. 11. V. §. 48. 59. Dem. adv. Macart. §. 57. sq. adv. Euerg. et Mnes. §. 70. sq. M. et Sch. Att. Proc. p. 164. Heffter. Ath. Ger. p. 142. — Quod dicit πεποιηκότος τὸν φόνον ubi exspectes ποιησαμένου (cf. prooem. ad γ. IV. α. et VI.) utitur loquendi genere non recentiori tantum graecitati assignando: vid. nostr. V. §. 10. Thucyd. 8, 76. Xenoph. Hell. 2, 2, 6. 3, 2, 27. Blum. ad Lycurg. p. 55. Wurm. ad Din. p. 96. Bernhardy. Synt. p. 344. — ἐκ μόνου τοῦ προσωποῦ συνιζάμενος i. e. in qua conjectura (s. statu conjecturali imperfecto) argumenta a sola (inimici) persona repetuntur, non e rei natura sumuntur. — ἐν μὲν τοῖς προοιμίοις κατάσασιν ὁ λόγος οὐκ ἔχει. Cf. Schol. Hermog. ap. Spengel. Artt. Scriptt. p. 160. κατάσασις δὲ ἐστὶ λόγος πρὸς τὸ τῶν πραγμάτων συμφέρον καθιστῶν τὴν διήγησιν καὶ τὰ ἀντιπίπτοντα προαναφαιρῶν ἐκ τῆς τῶν ἀκουόντων ἐννοίας κτλ. Syrian. in Hermog. ib. p. 36. Κόραξ ὁ τεχνολόγος τῷ τῆς καταστάσεως ὀνόματι κέχρηται, προοίμια τοῦ λόγου τὴν κατάστασιν καλῶν. — τῶν ἀγῶνων. Ἀγῶνες eam orationis partem designant quae ad confirmationem atque refutationem pertinet. Ernesti. lex. techn. p. 4. — πρώτη ἐχρήσατο ἀναιρέσει αἰτιῶν δι' ὧν ἀπέδειξεν κτλ. Respicit ad §. 4: ibi enim demonstrat orator omnes quas quis de caedis auctore possit concipere suspiciones alienas esse ab hac

causa. Pro δι' ὧν aut δι' ἧς aut cum codd. ZM διὸ, posita post αἰτιῶν majore distinctionis nota, scribendum esse in annot. crit. jure mihi videor suspicatus esse. — καὶ λοιπὸν ἐμβάλλει εἰς τὴν βούλησιν. Hoc dicere credo prooemiographum: urgere oratorem in sequentibus illud, sponte atque dolo malo egisse reum. Quod facit §. 5 — 8.

IN ORATIONEM.

§. 1. Ὅποσα μὲν κτλ. Antiphontis tetralogias a quarto paeone, quo oratio finienda auctore Aristotele, quasi de compacto initium ducere notat Spengel. Artt. Scriptt. p. 97: cf. II. δ. ἴδου ἐγώ. III. α. τὰ μὲν ὁμολογούμενα. δ. ὅτι μὲν αὐτή. IV. δ. ὁ μὲν αἰφῆρ. — οἱ ἱκανῶς μὲν πεφυκότες i. q. οἱ φύσει ἱκανοὶ v. οἱ εὖ πεφυκότες. — ἐν δὲ τούτῳ τῆς ἡλικίας καθεστῶτες. Rarus est in ejusmodi formulis articuli usus: cf. Lys. pro Call. §. 3. εἰς τοῦτο τῆς ἡλικίας ἀφίεται. Plutarch. Apophth. Lac. p. 102. Tauchn. εἰς τοῦτο τῆς ἡλικίας ἦκων. Alia dabit Lobeck. ad Phryn. p. 279. sq. — In sequentibus ἐν ᾧ κράτιστοι φρονεῖν αὐτῶν εἰσὶ, traiectione verborum utitur pro κράτιστοι αὐτῶν φρ. εἰσὶ, minime ea dura. Cf. n. ad I. §. 3. Ceterum adi Matth. gr. §. 460. — χαλεποὶ καὶ διαγνωσθῆναι καὶ δειχθῆναι εἰσι. Δειχθῆναι non solum *indicari* valet sed *convinci* argumentis testimoniisque in medium prolatis: cf. Dem. in Aristog. I. §. 38. εἴ τι καθ' ἡμῶν ἔχων ἀδίκημα δεικνύται ἡμᾶς μὲν ἠφεί.

§. 2. τὴν ἀσφάλειαν ὧν ἐπιβουλεύουσι σκοποῦντες. Eandem sententiam ita effert β. §. 8. τὴν ἀσφάλειαν τῆς ἐπιβουλήσιν τηροῦντα. — οὐ πρότερον ἐπιχειροῦσιν. Saepius absolute ponit verbum ἐπιχειρεῖν, velut §. 7. ὅ τε φόβος — θερμότερον ἐπιχειρεῖν ἐπῆρεν: ut ἐπιχειρεῖν habeat vim verbi χειρουργεῖν Thucyd. 8, 69. nost. I. §. 20. — Conjunctivus ποιήσονται eodem jure post οὐ πρότερον ἢ ponitur quo I. §. 29. post πρὶν illatus est. — οὐ τὸν αἴτιον ἀφέντες κτλ. Ad verba confer β. §. 11. δ. §. 11. Plutarch. Pompej. 10. ἐὰν τὸν αἴτιον ἀφείσ ἀπολίση τοὺς μηδὲν ἀδικούντας.

§. 3. πάσης τῆς πόλεως μαινομένης. Inquinatur universa respublica interfactoris praesentia donec is criminis poenas det: cf. §. 10. β. §. 11. γ. §. 11. III. α. §. 2. IV. α. §. 5. β. §. 9. γ. §. 7. Plat. Legg. IX. p. 868. A. — τὸ τ' ἀσέβημα

κτλ. Bene se scire dicit, illo, qui sceleris obnoxius sit, non in iudicium vocato atque urbe scelesti hominis contaminatione inquinata, piaculum penes se futurum esse, itemque, insonte homine pro sonte a iudicibus damnato, poenas se daturum: cf. IV. α. §. 4. β. §. 7.

§. 4. Οὔτε γὰρ κακούργους κτλ. Negativam οὔτε excipiunt particulae οὐ μὴν οὐδὲ — οὐδὲ μὴν οὐδ' — οὐδὲ μὴν: cf. Stallbaum. ad Plat. Apol. p. 19. D. de rep. p. 608. B. Hartung. de partt. I. p. 194. sq. Κακούργοι h. l. sunt latrones: vid. V. §. 9. 17. M. et Sch. Att. Proc. p. 76. 229. Platner. Proc. u. Klag. II. p. 167. — Reiskio in Access. ad s. Antiph. et Hauptmanno fraudi fuerunt verba ἔχοντες. . . τὰ ἱμάτια εὐρέθησαν vocem εὐρέθησαν nimis urgentibus: quae cave ne germanice reddas: so hätte man die Räuber mit den Kleidern gefunden s. entdeckt: veritas potius: so hätte man gefunden, dafs die Räuber die Kleider mitgenommen. — ἐτοίμην καὶ κατειργασμένην τὴν ὠφέλειαν ἀφῆκεν. Ὀφέλεια i. q. κέρδος β. §. 5. intellige τὰ ἱμάτια. — οὐδ' ἐκ λοιδόριας, in Folge eines Zanks, sc. οὐδεὶς διέφθειρεν αὐτόν. — ἀωρὶ τῶν νυκτῶν. Cf. β. §. 5. δ. §. 5. Aristoph. Eccles. 741. Both. Lucian. Dem. encom. I. Intpp. Moerid. p. 23. ed. Lips. Osann. ad. Philem. frgm. p. 290. sq. Numerus pluralis νύκτες ad horas nocturnas relatus frequentissimi usus est. Stallbaum ad Plat. Phileb. p. 158. —

§. 5. μείζονα ἐπίδοξον ὄντα πάσχειν. Injuria infinitivus praesentis Baiterum offendit: assumit enim ἐπίδοξος non modo aoristi atque futuri infinitivum (vid. Valck. ad Her. 4, 11. Lobeck. ad Phryn. p. 133. Bremi. ad Isocr. Archid. §. 8.) sed etiam praesentis temporis: cf. δ. §. 9. ἐπίδοξος ἢ δυσπραγία μεταβάλλειν αὐτῶν ἐστ. Arist. Rhet. ad Alex. 19. p. 1433. Bekk. τὰ ἐπίδοξα λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἐναντίων. ib. 37. p. 1443. προκαταληψόμεθα αὐτῶν τὰ ἐπίδοξα λέγεσθαι. Themist. epist. 11, 34. ἐκεῖθεν ἢ ναῦς ἐπίδοξος ἦν εἰς Ἀσίαν καταίρειν.

§. 6. ἱερῶν κλοπῆς δυοῖν ταλάντοιιν γεγραμμένος. Uterque genitivus, alter ad actionem, alter ad mulctam ab accusatore irrogatam spectans, e verbo γεγραμμένος suspensus est: similiterque Demosth. adv. Nausimach. §. 20. τοσοῦτων δὲ χρημάτων ἐπιτροπῆς φεύγων. De re conf. β. §. 9. M. et Sch. Att. Proc. p. 359. Heffter. Ath. Ger. p. 152.

§. 7. τὰδε μὲν δράσας i. e. ἐπιβουλεύσας καὶ ἀποκτείνσας:

cf. §. 6. Pronomen immerito displicuit Reiskio. Nam et pluralis demonstrativi generis numerus de una re creberrime a Graecis usurpatur: cf. §. 8. III. γ. §. 10. et pass. Bremi. ad Lys. in Agorat. §. 21. ad Aeschin. in Ctes. §. 236. ad Dem. Olynth. I. (vulg. II.) §. 4. Stallbaum. ad Plat. Menex. p. 244. C.: et *τάδε* non semper ad sequentia sed ad praegressa quoque respicit. Matth. gr. §. 470. Vereor autem ne quis *μὲν* particulam abesse malit, cui in sequentibus non respondet *δέ*. Neque tamen infrequens hoc genus. Triplex vero hujus omissionis ratio videtur esse: nam aut prorsus omissum est membrum e sententiarum nexu supplendum, aut immutata orationis forma, iis ipsis, quae sequuntur, inest sententia opposita, aut denique propter enuntiata cum eo membro, in quo *μὲν* particula infertur, conjuncta illudque amplificantia, orationis principium dicentis vel scribentis animo excidit: cf. I. §. 25. *ἐγὼ μὲν οἶμαι τὸν τεθνεῶτα*. II. β. §. 5. *τὸ μὲν γὰρ μὴ ἐκδυθῆναι οὐδὲν σημειῖόν ἐστιν*, in quibus *μὲν* voculae potestas proxime accedit ad *γὰρ* particulae vim. IV. α. §. 1. *Νενόμισται μὲν ὀρθῶς*, ubi propter sequentia, quae amplificandi studio debentur, a proposito aberrat oratio. Huc pertinet etiam VI. §. 2. Sed VI. §. 13. verbis *καθελίθει μὲν ἢ χορηγία οὕτω* orator indicat se jam ad alia transire. Cf. Bremi. ad Lys. in Eratosth. §. 5. ad Isocr. Panegy. §. 15. Stallbaum ad Plat. Phaedr. p. 242. C. Cratyl. p. 390. B. Hartung. de partt. II. p. 410. sq. Ceterum nostro loco Antiphonti obversata est haec sententia: *εἰ δὲ μή, καὶ ἀλώσεσθαι τὴν γραφὴν καὶ ἀτιμώρητος διαφθαρήσεσθαι*. Paullo post ad *ἀποφεύξεσθαι τὴν γραφὴν* intellige *ἰερῶν κλοπῆς*. — *οὔτε γὰρ . . . εἴτε καὶ κτλ.* *Οὔτε* et *εἴτε* sibi respondent: quod genus fugit Reiskium. Exemplorum satis collegit Krüger. ad Dionys. Hist. p. 269. Infra V. §. 95. infert *οὔτε γὰρ — εἰ δὲ καὶ* quod non minus recte dicitur: vid. Krüger. ib. p. 268. Hartung. de partt. I. p. 197. sq.

§. 8. *τιμωρησαμένῳ κάλλιον . . . διαφθαρήναι*. Attractionis neglectio in v. *ἀντιδράσαντα* Antiphonti familiaris est: cf. β. §. 2. III. β. §. 2. IV. γ. §. 1. δ. §. 10. Matth. gr. §. 536. n. Neque transitus ab infinitivo praesentis ad aoristum, nullo ad sententiam discrimine positum, a Graecorum consuetudine recedit: quod non mirum videbitur ei qui recogitaverit aoristi infinitivum designare actionem per se spectatam amota temporis notione. Exempla apud Antiphontem sunt β. §. 3. 4. δ. §. 5.

IV. γ. §. 2. δ. §. 4. V. §. 36. 91. Isae. de Philoct. h. §. 16. Dem. Olynth. I. §. 2. II. §. 27. de Cherson. §. 18. in Mid. §. 102. 187. Lycurg. §. 13. Eurip. Androm. 164. 522. 608. Quamquam interdum ubi res uno ictu peragenda consociatur cum re durante tenoremque servante vel iteranda neque ad unum temporis momentum relata, ad illam aoristus ad hanc praesens refertur tempus: velut ap. nostr. IV. δ. §. 3. ἠνάγκασε τόν τε ἀμυνομένον ἀντιτύπτειν τόν τε πληγέντα ἐπὶ τὸν ἰατρὸν ἐλθεῖν. V. §. 37. ἐν μὲν γὰρ τῷ ἐπισχεῖν ἔσι καὶ τὰ δεινὰ ταῦτα ποιῆσαι ἃ οὗτοι κελεύουσιν· ἐν δὲ τῷ παραχρῆμα οὐκ ἔσω ἀρχὴν ὀρθῶς βουλευέσθαι. VI. §. 38. χρόνον ἀπέδειξεν ὅτι οὐκ ἐγχωροῖη ἀπογράψασθαι καὶ τὰς κλήσεις καλεῖσθαι ὅσας ἴδει. Lys. in Agor. §. 16. Lycurg. §. 20. 25. 46.

§. 9. Τὰ μὲν βιασάμενα ταῦτά ἐστιν ἀσεβῆσαι αὐτόν. Verba trajecta sunt: vid. n. ad I. §. 3. Ἄσεβῆσαι dicit, quia is, qui caede sese contaminat, piaculum committit atque ipsas deorum religiones polluit. Heffter. Ath. Ger. p. 133. — ἔφη γυνῶναι . . αὐτούς. Pronomen reflexivum ad servum et dominum spectat: cf. n. ad γ. §. 2.: vulgata αὐτούς qui defendi possit equidem non video: dicit *se et herum hunc unum agnovisse*. Palmerius in Exercitat. p. 674. pro αὐτούς proposuit αὐτόν, quod in annotatione critica supersedi afferre, locumque nostrum ita interpretatus est: *id solum eum hoc novisse eorum qui aderant*.

§. 10. ἀνεξέλεγκτοι ἂν εἴησαν εἰ μήθ' . . ἐξελέγχονται. De hac enuntiatorum conditionalium forma, quae exstat infra quoque III. γ. §. 9. V. §. 16. vid. Stallbaum. ad Plat. Apol. p. 25. B. Bernhardy. Synt. p. 386. Kühner gr. II. p. 548. Sententiam iterat γ. §. 9. εἰ μήτε ἐκ τῶν εἰκότων μήτε ἐκ τῶν μαρτυρουμένων οὗτος νῦν ἐλέγχεται, οὐκ ἔσω ἔτι τῶν διωκομένων ἔλεγχος οὐδεὶς. — ἀσύμφορόν θ' κτλ. Cf. §. 3. Quod pro συγκαταπιμπλάναι Dobreo in mentem venit συναναπιμπλάναι, sine causa veterem scripturam sollicitavit. Plat. de rep. VI. p. 496. D. ὀρῶν τοὺς ἄλλους καταπιμπλαμένους ἀνομίας. Ruhnken. ad Timae. gloss. p. 31. — ἐκ γὰρ τούτων αἱ τ' ἀφορίαι γίγνονται κτλ. Τούτων utrum neutrius an masculini generis sit ambigi potest: neutrum ego praetulerim. De re vide β. §. 11. Plutarch. de ser. num. vind. 12. Symmach. ep. 10, 54. Hermogenes Progyrn. in Walz. Rhett. gr. I. p. 32. in locis communibus haec habet δέος μὲν μὴ ἐπιλλπωσιν οἱ καρποὶ, δέος δὲ μὴ τῶν πολεμίων

ἡττηθῶμεν, et Theo Progymn. in Walz. Rh. gr. I. p. 225. ὅτι διὰ τὰς τοιαύτας ἀμαρτίας ἐπιγίνεται ταῖς πόλεσι καὶ θεῶν μηνύματα λοιμοὶ καὶ λιμοί, στρατοπέδων ὄλεθροι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.

β.

IN ARGUMENTUM.

ἀποδῦσαι τὰ ἱμάτια μὴ φθάσαι. Φθάνειν cum infinitivo copulatum etsi rarius reperitur, apud optimos auctores exstat. Aristoph. Nubb. 1384. Both. Thucyd. 1, 33. 3, 82. Plutarch. Artax. 5.

IN ORATIONEM.

§. 1. ὁπόταν μὲν ὑπὸ χειμῶνος πονῶσιν .. ὅταν δὲ .. ἐὰν δέ κτλ. Ita optimi quique scriptores variant orationem. Cf. Lys. in Epicr. §. 5. οὐχ ὅταν τοὺς μὴ δυναμένους λέγειν κολλάζητε — ἀλλ' ὁπόταν παρὰ τῶν δυναμένων δίκην λαμβάνητε. Xenoph. Cyrop. 2, 3, 3. Dem. in Aristog. I. §. 75. Plat. Legg. V. p. 727. VI. p. 767. X. p. 904. Ceterum confer Thucyd. 2, 101. ὑπὸ χειμῶνος ἰταλαιπώρει. 6, 104. τὰς ναῦς ὅσαι ἐπόνησαν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος. Ad verbum παύονται e praegresso πονῶσω cogitatione refer πονοῦντες: vid. Krüger. ad Dionys. Hist. p. 117. sq.

§. 2. ἄνθρωπος non mutavi etsi de uno eoque certo agitur homine, atque similiter intactum reliqui V. §. 66. ὅτω τρόπῳ ἀφανῆς ἔσιν — ἀνήρ: ubi e gravissimorum virorum sententia debam edere ἄνθρωπος, ἀνήρ: conf. Matth. gr. §. 264. n. s. Stallbaum. ad Plat. Protag. p. 314. E. excurs. ad Phaedr. p. 267. A. p. 196. Jacobitz. ad Lucian. Pisc. p. 163. Equidem facere non possum quin cum F. A. Wolfio Liter. Analekt. II. p. 458. articulum ejusmodi locis a viris doctis intrusum repudiem. In qua sententia Krügerum quoque ad Dionys. Hist. p. 110. et Bremium ann. cr. ad Aeschin. in Ctes. §. 125. ed. Goth. esse video. Neque dubitari potest quin articuli in hoc genere absentia nostrates immerito offendat talia frequentantes Kläger, Beklagter, Endesunterschriebener, Bürgermeister und Rath, de certis, opinor, hominibus posita. — οὐκ ἀρκοῦν μοί ἔσιν .. παρέχοντα. Cf. α. §. 8. — αὐτὸς καταδοχθεὶς φρονεὺς εἶναι. Vid. §. 3. ὑφ' ἡμῶν καταδοκοῦμαι. γ. §. 7. καταδοκεῖσθαι ὑφ' ἡμῶν. Schweigh. ad Herod. 9, 99.

§. 3. ἐμὲ ὡς δεινὸν — *Quid sit δεινὸν docet oppositum ἡλιθιον et uberius explicatur α. §. 1. — εἰ γὰρ νῦν κτλ. Γάρ, Reiskio auctore, prodit aliquid in ratiocinio deesse in hanc ferme sententiam αὐτοὶ πάντων ὄντες ἡλιθιώτατοι, τοῦτο φάσκοντες οὗ πᾶν τούτου εἰκὸς ἦν μᾶλλον εἶναι. Fallitur vir doctus: respicit enim orator ad sententiam proxime praegressam, ut, si quid tacita sit supplendum cogitatione, haec legentis animo obversetur oporteat sententia καὶ μὴν ἡλιθιος ἂν ἦν. — εἰκότερον ἦν τὸν εἰδόμενα . . διακωλύειν μᾶλλον. Verbis τὸν εἰδόμενα se ipsum designat. Comparativi εἰκότερον formam quae iteratur §. 8. δ. §. 4. IV. γ. §. 2. tangit Lobeck Paralip. gr. gr. I. p. 48. — τὴν ὑποψίαν τὴν νῦν εἰς ἐμὲ οὔσαν. Participium, quod virorum doctorum incurrit reprehensionem, nihil habet offensio- nis: cf. infra τήνδε τὴν ὑποψίαν εἰς ἐμὲ οὔσαν. §. 6. ἡ ὑποψία εἰς ἐμὲ οὔσα. Din. in Philocl. §. 4. ὑπὲρ τῆς ἀτίας τῆς εἰς αὐ- τὸν γεγενημένης. Quamquam abesse poterat participium, velut Thucyd. 4, 27. Κλέων δὲ γνοὺς αὐτῶν τὴν εἰς αὐτὸν ὑποψίαν. 6, 61. πανταχόθεν τε περιεζήκει ὑποψία εἰς τὸν Ἀλκιβιάδην. — εἰς ἐκουσίους . . ὑποψίας ἐμπροσθεῖν i. q. ἐκουσίως εἰς ὑποψίας ἐμπροσθεῖν. Cf. Sophocl. Philoct. 1290. ὅσοι δ' ἐκουσίως ἐγκεινται βλάβαις. III. β. §. 3. εἰς ἀκουσίους ἀτίας ἦλθεν. coll. γ. §. 1. Thucyd. 3, 82. εἰς ἀκουσίους ἀνάγκας πίπτειν. Paullo post ora- tor posuit ἀπαλλύμην ubi ἀπαλλύμην ἂν exspectaveris: sed cave de particula inserenda cogites. Similiter §. 9. adhibuit ἐξεροῦ- μην de re quae eventu caruit. Hartung. de partt. II. p. 240. sq. — λαθῶν τε σαφῶς ἦδειν τήνδε τὴν ὑποψίαν εἰς ἐμὲ οὔσαν i. e. εἰ ἔλαθον ἢ ὑποψία εἰς ἐμὲ (ἂν) ἦν ὡς σαφῶς ἦδειν. Eandem verborum inconcinnitatem vernacula nostra fert. Ent- deckt war ich verloren, unentdeckt wufste ich, dafs dieser Ver- dacht auf mich fallen würde.*

§. 11. τοῦδε μὲν τοῦ νηπίου. Puer h. l. dicitur νήπιος, ut apud Homer. Il. 9, 440. Od. 21, 95. et Paul. epist. ad Galat. 4, 1. — τὰς τούτων ἀμαρτίας συμφέρειν. Συμφέρειν est una ferre. Cf. Pflugk. ad Eurip. Alc. 370. nostr. d. §. 8. τὰς αὐτοῦ ἀμαρτίας φέρων. Plutarch. Apophthegm. Lacon. p. 115. Tauchn. αὐτοὺς γὰρ ἡμᾶς καλῶς ἔχον ἐστὶ τὰς αὐτῶν ἀμαρτίας φέρειν. Plurali τούτων usus est ad accusatorem ejusque amicos, qui in judicio adsunt, spectante, etsi de uno mortuo debuit loqui. Vid. ann. ad I. §. 1.

§. 1. Ὅτι μὲν αὐτὴ ἡ χρεῖα κτλ. Cf. β. §. 1. — ἔργω καὶ οὐ λόγῳ. Quod Reiskius post λόγῳ cogitatione tacita supplet μόρον, fallitur: ipsa formula saepe in oratorum reliquiis obvia. Cf. §. 3. IV. β. §. 8. Isae. de Menecl. h. §. 35. 38. Lycurg. §. 116. 123.

§. 2. οὐδὲ γὰρ ἂν ἔνα λόγον ἀντιδοῦς [ἢ λέξας]. Verba ἢ λέξας — nam vulg. ἔλεξας nihili est — quae in optimis exstant codicibus glossae speciem prae se ferunt: quibus seclusis nihil difficultatis relinquitur. Hoc dicit Antiphō: *neque enim si suspicatus essem defensione usurum esse reum, duas orationes accusati una hac oratiuncula compensans, dimidia accusationis parte me ipse privassem.* Cf. α. §. 1.

§. 3. πολλαπλάσια τούτων. Propter praegressa τοσοῦτον δὲ προέχων exspectaveris τούτου pro τούτων. Sed conf. Bremi. ad Aesch. in Ctes. §. 236. ed. Goth. — δέεται ὑμῶν συχνῶς. Cur displicuerit Reiskio adverbium συχνῶς in aperto est: neque enim crebro hoc a iudicibus petit reus. Sed talia condonanda sunt oratori rem argenti. — ἀνοσίων ἔργων τιμωροὶ ὄστων δὲ διαγνώμονες. Διαγνώμονες dicuntur non quia sententiam ferunt sed quod dignoscunt, perspiciunt recte facta. μὴ ἔργα φανερά . . πεισθέντας. Post ἔργα φανερά excidisse aliquid veri simile est: vix enim accusativus ad rem pertinens, de qua ut opinionem aliquam concipias ipsa persuasione efficitur, cum verbo passivo πεισθῆναι poterit jungi. Verba ὑπὸ πονη-

ρῶς λόγων ἀκριβείας i. q. ὑπὸ πονηρῶς ἀκριβολογίας designant. Cf. β. §. 2.

§. 4. ἡ μὲν γὰρ . . σύγκειται, ἡ δ' . . λεχθήσεται. *Diversa est haec futuri temporis cum praesenti copulatio ab eo genere de quo disputavi ad II. γ. §. 11.* Hoc enim loco non praesens tempus ad futuri vim atque potestatem propius accedit, sed futurum praesentis naturam videtur adsciscere. Futuro autem haec quoque vis accommodata. Indicat enim in ejusmodi enuntiatas rem vel personam, de qua agitur, propensam vel idoneam esse ad id efficiendum perpetiendumve, quod verbum exprimit. Conf. nostr. VI. §. 4. ἄν τις κτείνῃ — ἀγνεύει τε ἑαυτὸν καὶ ἀφίξεται ὡς εἴρηται ἐν τῷ νόμῳ. Eurip. *Androm.* 321.

εὐκλεία δ' οἷς μὲν ἐς ἀληθείας ὑπο
εὐδαιμονίζω, τοὺς δ' ὑπὸ ψευδῶν ἔχειν
οὐκ ἀξιόσω πλὴν τύχῃ φροεῖν δοκεῖν.

Dem. de cor. §. 205. ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων τὸν τῆς εἰμαρμένης — θάνατον περιμένει, ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι —, ἀποθνήσκειν ἐθελήσει καὶ φοβερωτέρας ἠγγήσεται τὰς ὕβρεις κτλ. — αὐθέντην. *Αὐθέντης* et is dicitur qui sua manu semet interficit (cf. §. 11. δ. §. 4. 9. 10.) et is qui alium occidit (V. §. 11.). Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 120. Spohn. ad Isocr. *Panegy.* p. 58.

§. 6. ὑπὸ τοῦ παιδοτρέβου. Cf. ann. ad β. §. 3. Stallbaum. ad Plat. *Crit.* p. 47. B. Alcib. I. p. 131. A. Quae his subjiciuntur ὅς ὑπεδέχετο . . ἀναιρεῖσθαι accipio de homine, qui curam solebat suscipere colligendorum telorum. — ἀκουσίως δὲ οὐχ ἦσσαν ἢ ἐκουσίως ἀπέκτεινε. Post ἢ sine causa ei inseri jubet Reiskius: e verbo tacita cogitatione repete ἀποκτείνας: cf. §. 7. οὐδὲν ἦσσαν ἀκουσίως ἢ ἐκουσίως βλαφθεῖς. Ceterum compara α. §. 2.

§. 7. ἀλλὰ τίς ὁ βαλὼν ἐςιν; ὁ φόνος οὐν ἀνήκει κτλ. Nihil sollicites. *Quis vero, inquit, est homicidii reus? Caedis ergo culpa ad spectatores vel ad paedagogos pertinet?* Quae non sine acerba ironia dicta esse patet. Respiciunt hunc locum, opinor, Bekk. *Anecdd.* I. p. 403. ἀνήκει Ἀντιφῶν μὲν ἀντὶ τοῦ καθήκει atque Suidas v. ἀνήκει. Cf. Aristoph. *Plut.* 915. ὡς εἰς ἐμὸν ἦκει τῆς πόλεως τὰ πράγματα. Ἀνήκειν εἰς, *pertinere ad al.* habet Dinarch. in Dem. §. 60. Dem. or. funebr. §. 3. 6. Herod. de polit. p. 658. Bekk. Aristot. *Eth. Nicom.* VIII, 2.

p. 1155. 2. IX. 6. p. 1167. 2. Bkk. „Nos: attinet ad illam rem, ἀνήκει πρὸς τόδε“ e Lysia excitat Priscian. 18, 24.

§. 8. εἰ δὲ θεία κηλὶς τῷ δράσαντι προσπίπτει ἀσεβοῦντι οὐ δίκαιον τὰς θείας προσβολὰς διακωλύειν γίνεσθαι. H. e. Sin divina labe interfectori adspergitur propter impia ejus facta, nefas est iram cohibere divinam. Participium ἀσεβοῦντι i. q. διότι ἀσεβής ἐστι. Sententiam effert Antipho a poetis atque pedestris orationis scriptoribus Graecorum celebratam. Deos enim obcoecare hominum, quibus propter scelera commissa irati sint, mentes atque praecipites eos agere in quaevis facinora eorumque poenas, communis erat illorum hominum opinio. Vid. Hom. II. 6, 234. 17, 470. Od. 14, 178. 23, 10. Aeschyl frgm. 294. Schütz. Sophocl. Antig. 622. et frgm. ap. Schol. ad h. 1 Lycurg. §. 92. Vocem κηλὶς explicat Schol. Oed. Tyr. 1384. κηλῖδα, ὄνειδος, συμφορὰν. Cf. Schol. Electr. 446. ὥσπερ τὰς ἐπὶ τῷ μύσει κηλῖδας ἀποτρεπόμενος. Θεῖαι vero προσβολαὶ quae Passovio auctore (Lex. v. προσβολή) hic assumunt passivam significationem, göttliche Schickungen, proprie accipiendae esse videntur de impetu atque assultu deorum. Cf. Aeschyl. Choeph. 217.

ἄλλας τε φωνεῖ προσβολὰς Ἑριννύων
ἐν τῶν πατρῶν αἱμάτων τελουμένας.

Aristoph. Pac. 39. χῶτου πότ' ἐστὶ δαιμόνων ἢ προσβολή
οὐκ οἶδ'. —

Plutarch. de superstit. 7. τῷ δὲ δεισιδαίμονι καὶ σώματος ἀρρώστια πᾶσα καὶ χρημάτων ἀποβολή καὶ τέκνων θάνατοι καὶ περὶ πολιτικὰς πράξεις δυσημερῆαι καὶ ἀποτεύξεις πληγαὶ θεοῦ καὶ προσβολαὶ δαίμονος λέγονται. Synes. ep. 57. εἰ δαιμόνων εἰσὶ προσβολαὶ τὰ γινόμενα δι' Ἀνδρονίκου. Annotat Schol. Aristoph. l. c. προσβολή ἢ ζημία, ἢ τοῦ δαίμονος ὄργη.

§. 9. ἔλεξαν δὲ καὶ κτλ. Cf. β. §. 10. — πῶς ἂν πρόποντα πάσχοιμεν εἰ . . ζημιούμεθα; Vid. ann. ad II. α. §. 10. — μηδὲν ὑποδεέστερα τούτων μελετῶντες i. e. non inferioribus rebus quam isti operam dantes, v. minime his quidquam in bonarum artium studio concedentes. — τὰς συμφορὰς τῶν ἀμαρτόντων εἶναι. Cf. IV. δ. §. 8. ἐστὶ δὲ καὶ ἡ τύχη τοῦ ἄφρατος καὶ οὐ τοῦ ἀμνηνομένου. — ἃ δὲ νόμος ἀποδίδωσι μοι. Verbum ἀποδίδωσι reposui e codice N: neque id injuria. Cf. Dem. in Aristocr. §. 56. τοὺς ἐχθρὰ ποιῶντας ἐν ἐχθροῦ μέρει κολάζειν ἀπέδωκεν ὁ νόμος.

§ 10. ὡς δὲ οὐδὲ τῆς ἁμαρτίας οὐδὲ τῷ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι . . ἀπολύεται. Pro τοῦδε τῷ, quae sensu cassa sunt, de meo edidi οὐδὲ τῷ. Neque ejusmodi negativarum particularum cumulatio exemplis caret: cf. nostr. V. §. 16. ὡσε μὴ δὲν μοι ἐνθάδε μὴδὲ πλέοκ εἶναι μὴδ' ἀποφυγόντι. Thucyd. I, 132. ἀλλ' οὐδ' ὡς οὐδὲ τῶν Εἰλώτων μὴνυταῖς τισι πιεζύσαντες ἤξιωσαν κτλ. Aristot. Eth. Nicom. II, 7. διόπερ οὐδ' ὀνόματος τετυχή- κασιν οὐδ' οἱ τοιοῦτοι. VIII, 4. οὐδ' ἀποδέξασθαι δὴ πρότερον οὐδ' εἶναι φίλους. In quibus enuntiatis altera negatio ad universam sententiam; altera ad singulas sententiae notiones referri debet. Quod genus quam late pateat docebunt viri docti exemplorum copia hunc usum illustrantes, Fritzsche Quaestt. Lucian. p. 153. Bremi. ad Aesch. in Ctes. §. 78. ed. Goth. Schömann. ad Isae. p. 469. Dobr. Adverss. I, 2, p. 544. Stallbaum. ad Plat. Cratyl. p. 398. E. — ἀλλὰ κοινὰ ἀμφοτέρω ταῦτα ἀμφοῖν αὐτοῖν ἔστι. Reiskius verba ἀμφοτέρω ταῦτα ad τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν τιμωρίαν refert. At haec duo ab oratore non commemorantur. Itaque convenientius erit ea intelligere, quae modo dicta sunt, nimirum cum malae fraudis absentia culpam ad utrumque pertinere (τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι). Paulo post veterem scripturam reduxi (εἰ γὰρ) posthabita codicum lectione εἴπερ, propter verbum δηλώσω, quod praecedit. Vid. not. crit. ad II. γ. §. 6. Hartung. de partt. I. p. 469. sq. — φονεὺς αὐτὸς αὐτοῦ δίκαιος εἶναι ἔστιν sc. vestro iudicio, ut εἶναι idem sit quod *haberi, putari*. Cf. IV. β. §. 5. τὸν γὰρ ἐπιβουλεύοντα κελεύει (ὁ νόμος) φονεὴ εἶναι. δ. §. 3. ἀνόσια γὰρ — πάθοι, εἰ — φονεὺς ἔσται. §. 5. δίκαιος φονεὺς εἶναι ἔστιν. — ἀτρέμα ἐς ὦτος. Supra legimus ἀτρέμας ἔσαναι. Sed falso videntur statuere, semper ἀτρέμας ante vocalem, ἀτρέμα ante consonam litteram exhibendum esse: ἀτρέμα ἔσαναι etiam δ. §. 7. ex optimis codicibus rescripsi. Contra ante consonantem plenior forma reperitur Aristoph. Nubb. 383.

καὶ δεινὰ κέρραγεν

ἀτρέμας πρῶτον παππὰς κτλ.

Herodot. 8, 14. ἀτρέμας τε εἶχον. Arsen. Viol. p. 83. ἀτρέμας βουῖς. — ὁ δὲ συλλήπτωρ κτλ. i. e. is autem, qui se adiutorem atque consortem praebuit criminis errore commissi in eos qui non debebant laedi. De verbis ὁ δὲ συλλήπτωρ καὶ κοινωνός — τῆς ἁμαρτίας γενόμενος longius sejunctis adi ann. ad I. §. 3.

Pluralem τοὺς οὐ προσήκοντας ponit ad se ipsum et filium respiciens.

§. 11. οὐθ' οἱ θανατώσαντες ἡμᾶς μὴ εἰργόμενοι τῶν προσεχόντων εὐσεβοῦντ' ἂν ὑπὸ τῶν ἀπολυσάντων τοὺς ἀνοσίους. Haec corrupta sunt. Neque tamen verum vidit Reiskius pro ἀπολυσάντων conjiciens ἀπολεισάντων, et subaudita ἂν particula post participium locum ita explicans: Judices a quibus morti condemnati fuerimus, si non rursus ipsi quoque urbe expellantur religioni haud satis fiat a civibus, qui nisi falso iudicio decepti fuissent, impuros perdidissent. Longe enim aliam sententiam requirere videntur opposita οὔτε γὰρ ἡμεῖς κτλ., ut haec potius obversata esse censeam oratoris animo: Neque ii, qui nos interfecerunt (i. e. adversarii filius, qui meum interfecit puerum) si non arceantur, unde arceri eos par est, jure a iudicibus impios absolventibus reverentia digni habeantur. Qua sententia admissa scribendum ὀρθῶς v. δικαίως εὐσεβοῦντ' ἂν. Cf. Soph. Antig. 730. Κρ. ἔργον γὰρ ἐστὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν;

Αἰ. οὐδ' ἂν κελεύσαιμ' εὐσεβεῖν εἰς τοὺς κακοὺς.

ubi de Antigona agitur quam Haemon poena liberandam esse demonstraverat. Neque ferendus aoristus ἀπολυσάντων. De re conf. a. §. 2. — πάσης δ' ὑπὲρ πάντων τῆς κηλίδος εἰς ὑμᾶς ἀναφερομένης. Κηλὶς h. l. ἄγος, μίσημα. Cf. II. a. §. 3. Ad rem illustrandam facit Lycurgus §. 146. τὰ γὰρ ἀδικήματα ἕως μὲν ἂν ἢ ἄκριτα παρὰ τοῖς πράξασιν ἐστὶ, ἐπειδὴν δὲ κρίσις γένηται, παρὰ τοῖς μὴ δικαίως ἐπεξελεθούσιν. Ὑπὲρ πάντων dicit i. e. pro omnibus, omnium loco, quia ante quam sententiam ferant iudices ad universam rempublicam pertinet piaculum. — ἔσεσθε .. καθίσασθε. Cf. ann. ad II. γ. §. 11.

§. 12. ἀπάγοντες non est ad supplicium ducentes sed abducentes e iudicio vel e patria in exsilium. Vid. prooem. huj. orat.

δ.

§. 1. ἡμεῖς μὲν οἱ ἀντίδικοι i. e. οἱ κρινόμενοι, accusator et reus. — κατ' εὐνοίαν κρίνοντες i. q. εὐνοία τῇ ἡμετέρα vel εἰς ἡμᾶς κρίνοντες, partiisch richtend. — δίκαια ἐκάτερα αὐτοὺς οἰόμεθα λέγειν. Αὐτοὺς i. e. ἡμᾶς αὐτούς. Cf. V. §. 11. ἐξώλειαν αὐτῷ (i. e. σαυτῷ, quod dedi pro vulg. αὐτῷ) καὶ γένοι καὶ οἰκτιε τῇ σῇ ἐπαρώμενον. §. 60. οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ μόνον i. e. ἐμαντοῦ. Constat inter viros doctos et singularem

ἑαυτοῦ et pluralem ἑαυτῶν tum apud poetas tum in pedestri oratione de prima atque secunda persona frequentari. Ruhnk. ad Tim. gloss. p. 92. Boissonad. Eunap. p. 342. Hermann. ad Soph. Trachin. 451. Stallbaum. ad Plat. Protag. p. 312. A. Alcib. II. p. 143. C. Jacobitz. ad Lucian. Catapl. p. 24. Quamquam temere cum Hasio Mss. du Roi IX. p. 185. Bernhardy. Synt. p. 272. a singulari numero illum usum abjudicat.

§. 2. ἡ ἀλήθεια . . αὐτῶν sc. τῶν πραχθέντων. Cf. II. δ. §. 1. — τὴν ἀπέχθειαν αὐτῶν . . φέρεσθαι: Verbum φέρεσθαι designat *sibi reportare, ferre tamquam praemium debitum*. Cf. V. §. 31. Reisig. enarr. Oed. Col. p. XXVII.

§. 3. ἐάν τις φάσκη ἀποκτεῖναι. Plenius loquentis erat addere τινά: quod haud scio an casu exciderit.

§. 4. μήτε ἀκοντίσας μήτε ἐπινοήσας scil. ἀκοντίσαι. Cf. γ. §. 5. τὸν δὲ οὔτε ψαύσαντα τοῦ ἀκοντίου οὔτε ἐπινοήσαντα ἀκοντίσαι. Vide de hoc genere Krüger. ad Dionys. Hist. p. 117. 286. — καὶ οὐ πρὸς τὰ λεγόμενα ἀπολογεῖται. Ne suspiceris pro τὰ λεγόμενα scribendum τὰ λεχθέντα, memineris participia praesentis cum articulo conjuncta interdum prorsus substantivorum nominum induere naturam, ita ut temporis nulla habeatur ratio. Τὰ λεγόμενα i. q. οἱ λόγοι §. 9. IV. δ. §. 9. V. §. 42. VI. §. 22. Andoc. de myst. §. 57. Isocr. ad Nicocl. §. 40. de pace §. 57. Lycurg. §. 30. τὰ ἐπικαλούμενα infr. §. 5. τὰ κατηγορούμενα IV. δ. §. 3. Andoc. de myst. §. 8. Lycurg. §. 150. — τῆς δὲ διαδρομῆς αἰτίας ταύτης γενομένης i. e. τῆς δὲ διαδρομῆς ταύτης αἰτίας γενομένης. Vid. ann. ad I. §. 3.

§. 5. εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ ἀκοντίου ὑπελθών. Cf. Lucian. Nigrin. 36. Hemsterhus. — παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀμαρτίαν. Παρὰ ad causam pertinet, ut saepenumero. Vid. Bekk. Anecd. I. p. 163. Schaefer ad Julian. p. VIII. ad Dionys. de comp. verb. p. 137. Krüger. ad Dionys. Hist. p. 40. — μετὰ τῶν θεωμένων ἐξῶς. In eandem sententiam infra §. 6. dicit οὐν τοῖς θεωμένοις ἐξῶτα.

§. 6. συμπράκτορες . . τῆς αἰτίας i. e. consortes criminis, ut αἰτία usurpatum sit de ipsa re, quae crimini datur. — ἀλλὰ διὰ τὸ μηδένα ὑπὸ τὸ ἀκόντιον ὑπελθεῖν. Concinnius erat διὰ τὸ μηδενὶ αὐτὸν ὑπὸ τ. ἀ. ἐλθεῖν: neque vero quidquam mutaverim.

§. 7. οὐδὲ . . μόνον. Cf. ann. ad I. §. 3. — πῶς ἂν

ἐφυλάξατο μηδένα βαλεῖν; . . εὐπετῶς ἂν ἐφυλάξατο μηδένα μὴ βαλεῖν. Lectorem paullulum offendet repentina subjecti mutatio: in priore enim membro *μηδένα* est objectum verbi *βαλεῖν*, in altero subjectum ejusdem verbi: *ne quem feriret* et *ne quis se feriret*. Cf. ann. ad I. §. 26. Negatio autem cum infinitivo e verbo cavendi suspensio conjuncta nihil habet offensivonis. Stallbaum. ad Plat. de rep. I, p. 333. E. Hartung. de partt. II. p. 168.

§. 8. τὸν δὲ νόμον ὃν παραφέρουσιν. Usitatum in hac re est verbum *παράχρισθαι*: *παραφέρειν* in univ. est *afferre*, *in medium proferre*. *Λόγους παραφέρειν* habes Eurip. Iphig. Aul. 981. atque Demosth. ep. 3. p. 641. Bkk. οὐχ ὡς ἐπιτιμῶν δὲ ταῦτα παρήνευκα. — ἄμα ἡμαρτέ τε καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ἐκολάσθη. Bene rem uno ictu peractam pingit duplex aoristus: conf. Lycurg. §. 50. ἄμα γὰρ οὗτοι τε τὸν βίον μετέλλαξαν καὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς δουλείαν μετέπεσεν. — ἔχοντός γε δὴ τὴν δίκην τοῦ φονέως. Particulas *γε δὴ* confirmandi vi praeditas unus codex Oxoniensis praebet, ceteri *γε* habent. Vid. Herm. ad Viger. p. 828. Schneider. ad Xenoph. Memor. 1, 2, 53. Hartung. de partt. I. p. 276. Subtilius autem in hoc loco interpretando nugatur Reiskius „Videri possit, inquit, *ὑπέχοντος*: nam homicida *ὑπέχει τὴν δίκην* et occisus *ἔχει*. Verum bene habet vulgata ideo quod in hac causa idem homo et *ὁ φονεὺς* est et *ὁ φονευθεὶς*. Quatenus est homicida sui *ὑπέχει* praestat satisfactionem, quatenus autem est occisus, hactenus *ἔχει* habet, abstulit eam.“ *Δίκην ἔχειν* idem est quod *δίκην δεδωκέναι* et *τὴν δίκην ἔχειν* is dicitur, qui certam atque debitam dedit poenam: vernacule *seine Strafe haben*. Cf. β. §. 8. Franz. ad Lys. or. funebr. §. 7. p. 294. Foertsch. Obs. critt. in Lys. oratt. p. 54. sq.

§. 9. ἐνθύμιον ὑπολείψασθε. Cf. ann. ad II. γ. §. 10. — ἐπιδείκνυται intell. ὁ παῖς. — μήτε αὐτοὶ . . βοηθοῦντες ἐναντία τοῦ δαίμονος γνῶτε. Verba *μήτε αὐτοὶ* Reiskius reddit *neque rursus* disertis verbis annotans *αὐτοὶ* h. l. *accipio pro αὐ*. Quod qui fieri possit equidem non assequor. Pronomen *αὐτοὶ* vos ipsi, *ihr für eure Person*, opponitur daemoni: *Neve ipsi opem ferentes malae adversariorum fortunae, sententiam feratis numini contrariam, quod hos miseros esse atque in mala incidere involuntaria voluit.*

IV.

IN TETRALOGIAM TERTIAM.

Senex atque juvenis quum inter se rixantes a conviciis ad manus venissent; hic superior evasit, senex ita verberibus est commulcatus, ut medico hominem tradere statuerent propinqui ejus. Neque tamen medici cura hoc effecit ut mortem senex effugeret. Itaque propinqui ejus caedis crimen deferunt juveni. Qui altera qua sese defenderet post primam accusatoris actionem habita oratione, alteram quae ei concessa erat non ipse habuit, sed patria urbe relicta hoc munus cognato vel amico cuidam suscipiendum reliquit. Nititur autem defensio duabus potissimum rebus. Etenim et ipsum senem priorem verbera inflixisse contendunt neque e vestigio illum e vulneribus acceptis mortuum esse sed nonnullis diebus post: id quod imperitia potius medici quam vulnerum gravitate effectum esse asseverant.

α.

IN ARGUMENTUM.

καὶ περὶ τούτου i. e. in Betreff dessen. Quamquam con-
jicere possis ὑπὲρ τούτου i. e. pro mortuo sene, mortui cau-
sam agens. — πρῶτον τὸν πρεσβύτην ἀδικῶν ἄρξαι λέγει
χειρῶν. Usitata in jure Attico est formula ἀδικῶν ἄρχειν χειρῶν
de iis posita qui priores verbera infligunt. Lys. de vuln. praem.
§. 11. Isocr. in Loch. §. 1. Dem in Aristocr. §. 50. in Euerg.
et Mnes. §. 7. 8. 15. 35. 39. 40. 47. Antiph. infr. β. §. 1. 2. 6.
Aristot. Rhet. II, 24. p. 1402. Bekk. ἄρχειν χειρῶν Plat. Legg.
IX. p. 869. ἀδικῶν χειρῶν κατάρχειν Plutarch. de gen. Socr. 14.
Abundantia vero in verbis πρῶτον — ἄρξαι conspicua e pervul-
gato est genere. Aeschyl. Choeph. 1061. Herodot. 1, 5. Thu-
cyd. 1, 76. 103. 2, 36. 47. 48. 53. 68. 74. 6, 46. Dem. in
Euerg. et Mnes. §. 40. in Neaer. §. 1. Plat. Legg. IX. p. 869.
Diod. Sic. 11, 30. 12, 41. 13, 99. Ceterum vide Valck. ad
Eurip. Phoen. 1576.

IN ORATIONEM.

§. I. Νενόμισαι μὲν ὀρθῶς κτλ. Verbum νενόμισαι, in
more positum est, moribus atque legibus receptum est, accusati-

vus cum infinitivo excipit, velut Xenoph. Mem. 2, 3, 16. Symp. 1, 15. Hell. 2, 4, 36. Aristoph. Nubb. 486. Both. Plutarch. Num. 20. Ea, quae subjiuntur, male Reiskius ita ordinat *τοὺς κρίνοντας τὰς φονικὰς δίκας περὶ πλείου ποιῆσθαι κτλ.* post *διώκειν τε καὶ μαρτυρεῖν* subaudiens ille quidem *τοὺς διώκοντας* et *τοὺς μαρτυροῦντας*. Quae res multorum errorum exstitit fons. In hunc potius modum verba sunt ordinanda: *γενόμεναι μὲν ὀρθῶς τοὺς κρίνοντας περὶ πλείου ποιῆσθαι διώκειν τε καὶ μαρτυρεῖν τὰς φονικὰς δίκας κατὰ τὸ δίκαιον*. Οἱ κρίνοντες vero sunt accusatores non iudices, ut Reiskius credit: cf. Ind. Demosth. v. κρίνειν p. 317. Schaef. Lycurg. §. 1. 3. 137. nost. V. §. 48. et infr. §. 5. κρίσις, accusatio, ut Lycurg. §. 4. 31. Qui recte dicuntur *διώκειν καὶ μαρτυρεῖν δίκας*: nam etsi non ipse accusator pro teste est, ab ejus certe partibus stant testes, quos adducit. De μὲν particula quae non habet quo referatur in sequentibus vid. ann. ad II. a. §. 7. — *τοὺς ἐνόχους*. Plerumque huic nomini additur criminis vel legis vel poenae notio: sed ponitur etiam absque nomine adjecto, sicut *αἴτιος*, de eo qui in culpa est. Conf. nost. V. §. 87. *ὅτι οὐκ ἐνοχός ἐστιν*. VI. §. 17. *ὅτι οὐκ ἐνοχός εἰμι*. Aristot. Rhet. I, 13. *ὥς κὰν — πατάξῃ, κατὰ μὲν τὸν γεγραμμένον νόμον ἐνοχός ἐστι καὶ ἀδικεῖ*. Diod. Sic. 1, 60. *οὔτε θανατώσας τοὺς ἐνόχους*. Plutarch. de adul. et amico 31. *ὥς τῶν ἐνόχων ἄψασθαι τὴν ἐπιτιμήσιν*.

§. 2. *ὃ τε γὰρ θεὸς βουλόμενος ποιῆσαι τὸ ἀνθρώπινον φῦλον*. Recepi φῦλον pro vulg. γένος: perspicuum enim est φῦλον potius in γένος abiisse quam γένος in φῦλον potuisse mutari: neque φῦλον poetarum proprium: cf. Xenoph. Mem, 1, 4, 13. Te particula respondet alteri *τε* in *τροφῆας τε παρέδωκε*, ut prius *τε* trajectum esse pateat. Qua traiectione ne offendaris compares velim Lycurg. §. 14. *ἐπιφανής τε γὰρ ἐστὶ διὰ τὸν ἐκπλοῦν τὸν εἰς Ῥόδον καὶ τὴν ἐπαγγελίαν*. §. 56. *εἰ μὴ κατεγνώκει τε αὐτοῦ προδεδωκέναι τὴν πατρίδα καὶ μεγάλα πάντας ἡδικηκέναι*. §. 113. *τά τε ὅσα αὐτοῦ ἀνορεύσαι καὶ ἐξορῆσαι*. nost. VI. §. 31. *τοντούς μὲν αὐτούς τε ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐξελεγχόμενους καὶ ὑπ' ἐμοῦ*. Bernhardy. Synt. p. 462. Hartung. de partt. I. p. 116. sq. Schömann. ad Isae. p. 325. — *τοὺς πρώτους γενομένους*. Quo jure ex optimo codice receperim *πρώτους* pro vulg. *πρῶτον* docebit Bremi excurs. XI. ad Lys. oratt. p. 451. Adde Antiph. V. §. 55. 56. — *τῆς γηραιοῦ τελευτῆς*. Cf. Pol-

Luc. 2, 13. γηραιός, ὡς Θουκυδίδης καὶ Ἀντιφῶν. Matth. gr. p. 298. ed. 3. — ὄσις οὖν, τούτων ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀξιοθέντος τοῦ βίου, ἡμῶν ἀνόμως τινὰ ἀποκτείνει. Verbo ἀξιοθέντος pro vulg. ἀξιοθεὶς in codice Oxoniensi reperto, Reiskii conjectura non est opus: vid. ann. crit. Verbum ἀποκτείνει ad accusatores potissimum respicit, qui in causa sunt ut rei capitis poenam subeant: cf. V. §. 16 59. Atque creberrime in foro et accusator et iudex et legislator dicuntur ἀποκτείνειν.

§. 3. Θεοῦ τιμωρίαν κτλ. Vid. ann. ad II. γ. §. 10. Ad ipsum numen divinum referri manium iram non vereor ne cuiquam mirum videatur. — ἦν οἱ . . κρίνοντες ἢ μαρτυροῦντες συνασεβοῦντες τῷ ταῦτα δρῶντι. Οἱ κρίνοντες sunt accusatores: cf. §. 1. Ad ταῦτα e sententiarum serie suppleas τὸ ἀποκτείνειν. Verba οὐ προςῆκον μίασμα tamquam appositionem referas ad ἦν: quod fugit Reiskium post ἦν verbum deesse putantem.

§. 4. εἰ . . διώκοιμεν . . ἔξομεν . . ἔσμεν . . γιγνόμεθα. De optativo in protasi illato, sequente indicativo in apodosi vid. ann. ad II. α. §. 10. De transitu a futuro ad praesens tempus exposui ad II. γ. §. 11. — τοῦ φόνου τοῖς ἐπιτιμίοις. Cf. §. 6. δ. §. 7. Hinc Pollux 8, 21. excerpit v. ἐπιτίμων. — ὑμᾶς τε ἄνομα δρᾶν πεύθοντες. Cf. II. α. §. 3. et infr. β. §. 7.

§. 5. εἰς ὑμᾶς παράγων. Vid. ann. ad II. γ. §. 6. — καθαρὸς τῶν ἐγκλημάτων. Articulum posuit ad ea spectans quae modo commemoravit. — ἅπασαν τὴν πόλιν. De re adi ann. ad II. α. §. 3.

§. 6. ὕβρει δὲ καὶ ἀκολασίᾳ παροινῶν εἰς ἄνδρα. Παροινεῖν εἰς τινα proprie de ebriis et figurate de petulantibus atque insolentibus usurpant qui contumeliose alios tractant. Vid. Thom. M. v. παροινία. Schol. Voss. ad Lucian. Jov. Trag. 14. Antiph. infr. β. §. 1. Dem. in Androt. §. 62. 114. in Con. §. 4. ep. 4. init. Apud Antiphontem de ebrietate agi colligere possis e γ. §. 2. Quamquam obstare videtur huic sententiae §. 7. ubi praemeditatae caedis diserta habetur mentio. — τῶν γεραιότερων τὰ νόμιμα i. q. τὰ πρὸς τοὺς γεραιτέρους νόμιμα. Xenoph. Cyrop. 1, 6, 34. — οὐδενὸς ἀμαρτεῖν οἷς οἱ τοιοῦτοι κολάζονται. Plenius loquentis erat τούτων οἷς. Cf. δ. §. 5.

τὸν δὲ θάνατον πῶς ἂν ἐπεβούλευσεν ὄν γε ἀκουσίως ἐπάταξεν;
Bernhardy. Synt. p. 285. sq.

§. 7. τὴν τε ἀνομίαν τοῦ παθήματος ἀμύνοντας.
Zonar. ἀμύνω τὸ βοηθῶ καὶ ἐκδικῶ. Sophocl. Philoct. 60.

θεῶν βία

καὶ νέμεσις, οἵπερ ἔργ' ἀμύνουσιν κακία.

Ammon. v. βοηθεῖ· ἀμύνει δὲ ὁ τιμωρούμενος ὑπὲρ τοῦ ἀπολωλό-
τος. — τὴν βουλευσασαν ψυχὴν. Praemeditatae enim caedis
reum agit juvenem. Cf. n. ad §. 6.

β.

IN ARGUMENTUM.

Ἡ στάσις μετὰστασις. Statum causae prooemiographus
μετάστασιν esse perhibet, ita tamen ut τὸ ἀντεγκληματικὸν in
auxilium vocetur. Contra in argumento primae orationis ἀντέγ-
κλημα status nominatur. Quam ob rem vereor ne non eidem
prooemiographo utrumque argumentum sit tribuendum.

IN ORATIONEM.

§. 1. Ὅτι . . οὐ θαυμάζω αὐτῶν. Exposuit de hac ver-
borum conformatione Matth. gr. §. 317. n. — οὐ γὰρ ὡς μὴ
πάθωσιν ὁ κίνδυνος αὐτοῖς ἐστίν. Ὁ κίνδυνος i. q. ὁ ἀγών,
de periculo solet usurpari, quod actor, et de eo, quod reus
subit coram iudicibus. Bremi. ad Lys. adv. Sim. §. 2. Ceterum
meminerit lector formulam in jure Attico frequentatam τί χρὴ
παθεῖν ἢ ἀποτιῶσαι; Aeschin. in Tim. §. 15. Dem. in Timocr.
§. 105. παθεῖν ad capitis periculum pertinet. — καὶ μᾶλλον
i. q. *idque magis, vel magis.*

§. 2. εἰ μὲν . . ἡμυνάμην αὐτόν, ἡδίκουν μὲν οὐδ'
οὕτως . . τοῖς δὲ χερσὶ τυπτόμενος . . πότερα ἡδίκουν;
Usitata est in prosa oratione particularum μὲν et δὲ inter se op-
positarum iteratio, quando prioris coli et enuntiatio relativa vel
protasis et enuntiatio demonstrativa vel apodosis in altera periodi
parte habent ad quod referantur. Quae membrorum quasi dis-
sectio tum dilucidiorum tum graviorem reddit orationem. Buttm.
exc. XII. ad Dem. Mid. Schaef. Mel. crit. p. 111. Werfer. Actt.
Monac. 1, 1, 90. Bergmann. ad Isocr. Areop. §. 47. Stallbaum.
ad Plat. Apol. p. 28. E. Gorg. p. 512. A. Cratyl. p. 385. E.

Hartung. de partt. I. p. 172. Quamquam illam enuntiatorum concinnitatem persaepe refugit sermo graecus, alterutro utriusvis coli membro aut omisso, aut mutilato aut obscurato. *Mèn* — *μὲν* — *δὲ* reperitur etiam V. §. 30. καὶ ὃν μὲν τότε παραχρῆμα ἐβασάνισαν, οὗτος μὲν οἰδὲν εἶπε —, ὃν δ' ἡμέραις ὕπερον πολλαῖς ἐβασάνισαν — οὗτος ἦν ὁ πεισθεὶς κτλ. §. 45. ὅτι μὲν μακρὸν εἶη πρᾶγμα, τοῦτο μὲν ἂν τις ἀναγκασθεὶς γράψαι — τοῦτο δὲ βραχὺ ἦν. VI. §. 9. ἵνα μὲν ἐξῆν αὐτοῖς — ἐνταῦθα μὲν οὐδεὶς πώποτε οἴος τε ἐγένετο — ἐλέγξαι — ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἀγῶνι κτλ. Lys. pro inval. §. 8. Isocr. in Soph. §. 5. Trapez. §. 48. Dem. in Timocr. §. 112. adv. Phaenipp. §. 28. De omissa in apodosi ἄν vid. ann. ad III. β. §. 4.

§. 3. ὁ νόμος κτλ. Cf. III. β. §. 9. — οὐ γὰρ ταῦτά . . ἀντιπάσχειν εἰσὶ. Tantum non eadem verba supra §. 2. allata sunt. Neque vero cum Mureto v. Lectt. XVII. 7. haec suo loco mota esse crediderim, quae non sine pondere atque gravitate hic iterantur.

§. 4. προλεγόντων . ., εἰ ταύτην τὴν θεραπείαν θεραπεύσοιτο ὅτι . . διαφθαρήσοιτο. Expectaveris προλεγόντων — ὅτι εἰ κτλ.: sed ea quam Antipho praetulit verborum collocatio non raro Graecis placuit. Vid. infr. γ. §. 2. εἶπε δὲ — εἰ καὶ — ἀπέθανεν ὁ ἀνὴρ, ὡς οὐκ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Thucyd. 6, 86. οὐκ ἄλλον τινα προσείλοντες φόβον ἢ εἰ περιοψόμεθα ὑμᾶς ὑπὸ Συρακουσίοις γενέσθαι ὅτι καὶ αὐτοὶ κινδυνεύσομεν. Xenoph. Hell. 5, 1, 34. 6, 4, 6. Agesil. 9, 7. Isocr. Phil. §. 74. Dem. de cor. §. 74. De futuro optativi facere non possum quin discedam a Bernhardyi sententia Synt. p. 382. Noch mehr ist die Kraft dieses Tempus — loquitur de aoristo — im Optativ verwischt, der die Möglichkeit in aoristischer Zukunft ausspricht, wo der Optativ Futuri (den außer wenigen geringern Xenophon vorzüglich in den Hellenika bei Konjunctionen εἰ, ὡς, ὅτι liebt) mißfiel. Latius equidem patere futuri optativum jure meo sumere mihi videor atque apud optimos quosque hunc modum reperiri scio. Cf. Antiph. VI. §. 22. Lys. in Agor. §. 78. de caed. Eratosth. §. 22. de bon. Aristoph. §. 16. in Panleon. §. 9. 10. Isocr. Trapez. §. 21. 22. Aegin. §. 21. adv. Euthyn. §. 13. Isae. de Cleon. h. §. 32. de Menecl. h. §. 10. de Nicostr. h. §. 10. de Philoct. h. §. 23. 35. Dem. Ol. I. §. 22. in Aristocr. §. 10. in Timocr. §. 158. pro Phorm. §. 6. adv. Eubul. §. 16. Dobr.

Adverss. I. 1, p. 124. Intpp. Sophocl. Oed. Tyr. 792. Wunder. ad Sophocl. Philoct. 374.

§. 5. *κελεύει φονέα εἶναι.* Vid. ann. ad III. γ. §. 10. Andoc. de myst. §. 94. *τὸν βουλευόμενον ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον.* — *πῶς ἂν ἐπιβουλεύσαιμι;* Qui ego insidiatus essem? Hermann. de part. ἂν p. 168. Matth. gr. §. 515. n. 2.

§. 6. *ἀπολυόμενος δὲ ὑπό τε τοῦ ἄρξαντος.* Possis suspicari excidisse quaedam: v. ann. crit. Neque tamen abso- num hoc exemplum est ab eo genere de quo dixi ad II. β. §. 12. — *ἠτύχησε γὰρ κτλ.* Male habuit Reiskium oratoris sententia: neque enim hanc *ἀτυχίαν* sed *ἀβουλίαν* esse censet. At nihil difficultatis Antiphontis verbis inest: sive mortem ejus, inquit, *τῇ ἀτυχίᾳ* sive *τῇ ἀβουλίᾳ* assignaveris, ad interemtum pertinebit culpa: illa enim actio *τὸ ἄρξαι τῆς πληγῆς* et adversae ipsius fortunae et imprudentiae atque petulantiae animi assignanda est. Verba οὖ . . . *εὖ φρονῶν* idem fere valent quod *ἀβούλως*.

§. 7. *ἐνόχους αὐτοὺς ὄντας ἀποδειξαι.* Pro *ἐπιδειξαι* optimis obsequutus codicibus rescripsi *ἀποδειξαι*: conf. Antiph. V. §. 66. VI. §. 33. et quae conguessit Stallbaum. ad Plat. Phaedr. p. 278. C. Quamquam altero quoque verbo utitur in hoc genere Antipho I. §. 3. *ἐὰν ἐπιδείξω* — *φονέα οὖσαν.* II. δ. §. 3. *ἵνα — τοῦτους τε ἐπιβουλεύοντάς μοι ξμαντόν τε ἀπολυόμενον ἐπιδείξω.* V. §. 19. *ξμαντόν ἀνάτιον ἐπιδείξαι.* §. 61. *εἰ ἐπέδειξεν ἀδικοῦντα ἐκείνον:* neque debebat corrigere Stallbaum. Plat. Charmid. p. 158. D. *Κριτίαν τόνδε ψευδῆ ἐπιδείξω.* Adde Lys. de inval. §. 1. Isocr. de big. §. 7. adv. Callim. §. 41. adv. Euthyn. §. 17. Aristot. Rhet. ad Alex. 30. 31. 36. 37. — *ἀποσεροῦντες δέ με κτλ.* Cf. α. §. 2. — *τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας αὐτοὶ φονεῖς εἰσὶ.* Hoc audacius dictum esse non nego, plus quam sophisticum esse Reiskio non dederim.

§. 8. *τὸ ὑμέτερον σκοποῦντες* i. e. reputantes, perpendentes vestrum ipsorum commodum, vestris commodis prospicientes: conf. Herodot. 1, 8. Reiskius haec ita expressit: *vos autem id quod vestri muneris est irretortis oculis intuentes.* Quem dedocere poterant vel ea quae his subjecta sunt. De sequentibus conf. α. §. 3.

§. 9. *πάντες οἱ πολῖται κτλ.* Vid. II. α. §. 3.

γ.

IN ARGUMENTUM.

Ἐν τούτῳ sc. τῷ λόγῳ. — Verbum θαυμάζω absolute ponit: nam quod post infertur ὅτι ad causam pertinet: nam, etenim — εἶτα ὅτι. Post εἶτα suppleas φησί, quod verbum etiam infra post καὶ περὶ τοῦ ἰατροῦ cogitatione repetendum.

IN ORATIONEM.

§. 1. ἃ ἐκβάλλεσθαι ἄξιά ἐστιν. Cf. Plat. Crit. p. 46. B. τοὺς δὲ λόγους οὓς ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἔλεγον οὐ δύναμαι νῦν ἐκβαλεῖν i. e. abjicere, repudiare, contemnere. Stallb. ad h. l. — τὸν γὰρ ἄνδρα ὁμολογῶν τύπτειν τὰς πληγὰς. Praeteriti temporis vis subest infinitivo praesentis, praecedente tempore praesenti, etiam V. §. 39. ἐγὼ δὲ φημι ταῦτα μὲν οὐ λέγειν αἰτόν. §. 71. ταῦθ' ὑμῶν αὐτῶν ἐγὼ οἶμαι — τοὺς — νεωτέρους πυνθάνεσθαι ὥσπερ ἐμέ. Plat. Cratyl. p. 397. C. φαίνονται μοι οἱ πρότεροι τῶν ἀνθρώπων — τούτους μόνους τοὺς θεοὺς ἠγεῖσθαι. Alia collegit Blum. ad Lycurg. p. 110. Neque vero assentior viro docto hunc infinitivum *durationem* atque *diuturnitatem* denotare sumentī: quam explicationem respuunt multa hujus usus exempla. Videntur potius Graeci in hoc genere actionem per se spectasse temporis atque diuturnitatis prorsus non habito respectu. Duplex accusativus in τὸν ἄνδρα τύπτειν τὰς πληγὰς legitimus est: Eurip. Or. 1451. κτύπησε κράτα μέλεον πλαγάν. Aeschin in Tim. §. 59. τὸν Πιπτάλακον ξμασίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγὰς. — ἡμῶς δὲ τοὺς τιμωροῦντας αὐτῷ ζῶν τε καὶ βλέπων φονέας αὐτοῦ φησὶν εἶναι. In Bekkeri editione pro αὐτοῦ exstat αὐτοῦ quod nullo modo ferri potest. Dixerat reus β. §. 7. φονεῖς τέ μου γίνονται, quae deridet atque perstringit hoc loco accusator. Ζῶν τε καὶ βλέπων, *vivus atque videns*: quod praeivit Homerus Il. 1, 88. ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο atque frequentant poetae: vid. Goettling. ad Hesiod. Theog. 551. Pflugk. ad Eurip. Alc. 17. In prosa oratione usitatus est ζῶν καὶ ὄν. Schaef. Appar. III. p. 493. IV. p. 603. Dobr. Adverss. I. 2, p. 397. ut sine causa Jacobsius Animadv. in Athenae. p. 21. Libanii locum IV. p. 40. 7. ζῶντος καὶ ὄντος Πριάμου mutarit in ζῶντος καὶ ὄρωντος.

§. 2. Εἶπε δὲ πρώτον μὲν κτλ. Quum non sequatur

ἔπειτα δὲ in eam possis adduci opinionem ut δὲ particulam in ἐτόλμησε δὲ εἰπεῖν huc respicere putes, sicut infra verbis μάθητε δὴ πρῶτον μὲν subjiciuntur haec ὡς δὲ οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς κτλ. Saepenumero enim post πρῶτον μὲν infertur simplex δέ. Schaeff. Appar. II. p. 638. Bremi. ad Dem. Phil. III. §. 48. Sed δὲ illud §. 4. longius mihi remotum esse videtur ab orationis principio quam quod referri possit ad πρῶτον μὲν: atque non raro verbis πρῶτον, πρῶτον μὲν non subjiciuntur ἔπειτα, ἔπειτα δέ, v. δέ, ubi quacunque de causa orationis tenor interruptus est. Exempla habet noster V. §. 8. 9. VI. §. 12. 15. 41. Andoc. de myst. §. 10. Isocr. in Soph. §. 1. Dem. adv. Eubul. §. 7. Cf. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 149. Schaeff. Appar. III. p. 145. Bremi. ad Dem. de Chers. §. 14. — ὅτι ἄρξαι καὶ παροινεῖν τοὺς νεωτέρους κτλ. Ad sententiam compara Lys. de inval. §. 16. sq. Aeschin. in Tim. §. 24. Temere Reiskius τοῦ παροινεῖν suadet: aoristi certe et praesentis copulatio non recedit ab Attici sermonis consuetudine (ann. ad II. a. §. 8.) atque ἄρξαι saepius in hac oratione ponitur absolute pro ἄρξαι χειρῶν ἀδίκων vel τῆς πληγῆς. — ἢ τε μεγαλοφροσύνη τοῦ γένους. Vid. not. ad II. δ. §. 12. — ἢ τε ἐμπειρία τῶν παρανομομένων. Dobreus cum Reiskio mavult τῶν παροινουμένων propter opposita μέθης ἀπειρία: sed nimium vir doctus tribuit verborum concinnitati: quam non anxie servasse oratorem totius loci docet conformatio.

§. 3. σημεῖον οὐδὲν ὧν ἡμῶν αὐτοῦ ἐπολεῖτων. Ἴδὲ idem est quod ταύτων ὅτι. Andoc. in Alcib. §. 17. οὐχ ὧν ἐβιάσατο μετέμελεν αὐτῷ. Dem. pro Megal. §. 13. προσήκει δὴπου πλείω χάριν αὐτοὺς ἔχειν ὧν ἐσώθησαν ὑφ' ἡμῶν — ἢ ὧν ἀδικεῖν κωλύονται νῦν ὀργίζεσθαι. in Steph. I. §. 27. ὑπὲρ τοῦ μὴ δοῦναι δίκην ὧν διεφθάρκει ἢν ἐμοὶ μὲν οὐ καλὸν λέγειν κτλ. Schaeffer. Appar. I. p. 846.

§. 4. ὁ ἄρξας . . καὶ μὴ διαφθείρας. Καὶ i. q. vel, etiamsi, ut V. §. 87. φόνον γὰρ δίκη καὶ μὴ ὀρθῶς γνωσθεῖσα. — βουλευτήν τοῦ θανάτου . . γενέσθαι i. q. βουλευσαι τὸν θάνατον: cf. δ. §. 5. τῆς πληγῆς βουλευτῆς ἐγένετο. Thucyd. 3, 23. εἴ τις — κωλυτῆς γίγνεται τῆς διαβάσεως. Quod circumloquutionis genus exemplis illustravit Ducker. ad Thucyd. 3, 23. 8, 86. — ἔσι δὲ ἢ μὲν ἀτυχία τοῦ πατάξαντος. Cf. δ. §. 8. ἔσι δὲ καὶ ἢ τύχη τοῦ ἄρξαντος καὶ οὐ τοῦ ἀμνημονίου.

§. 5. Θαυμάζω ὅτι οὐχ ὑφ' ἡμῶν . . φησιν αὐτὸν διαφθαρήναι. *Dixerat reus β.* §. 4. δι' ὑμᾶς τοὺς συμβούλους διαφθαρεῖς κτλ. *Quae etsi non longe distant ab iis quae hoc loco affert orator, tamen non eandem referunt sententiam, διὰ ad remotiorem causam spectante. — ὁ γὰρ νόμος ἀπολύει αὐτόν. Conspirant cum his Platonis leges IX. p. 865. Ιατρῶν δὲ περὶ πάντων, ἃν ὁ θεραπευόμενος ὑπ' αὐτῶν ἀκόντων τελευτᾷ, καθαρὸς ἔστω κατὰ νόμον.*

§. 6. Οὕτως δὲ φανερωῶς. *E codice Crippsiano correcto οὕτως ante consonam recipiendum esse putavi, quod facillime poterat abire in vulgatam οὐτως. Atque ferri posse pleniorē formam ante consonantem litteram et suo jure poni ubi vi atque pondere suo emineat, jam inter doctos viros constare dixeris. Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 516. C. 522. C. Protag. 351. B. Bremi. ad Aeschin. in Ctes. p. 280. ed. Goth. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 20. Quamquam non omnibus in locis ubi codices tuentur οὕτως eadem gravitas huic adverbio inest. — οἱ τὸ τούτου μίαισμα ἐπεξερχόμεθα. Cf. ann. ad I. §. 1. μίαισμα, piaculum, hic pro ipso crimine posuit. Ad sententiam τούτω μὲν οὖν κτλ. compara oratiunculae nostrae initium.*

§. 7. τὸν θάνατον φανερόν ἀποδείκνυντες. *Cf. n. ad II. δ. §. 10. et V. §. 59.*

δ.

§. 1. τὴν σπουδὴν τῶν κατηγορῶν φοβηθεῖς ὑπαπέστη. *Voluntario exsilio juvenis devitavit capitis discrimen: id quod lex Attica reo permittit. Dem. in Aristocr. §. 69. τῷ δὲ φεύγοντι τὰ μὲν τῆς διωμοσίας ταῦτά, τὸν πρότερον δὲ ἔξιστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι καὶ οὐθ' ὁ διώκων οὐθ' οἱ δικάζοντες οὐτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος κωλύσαι. Antiph. V. §. 13. Polluc. 8, 99. 117. Argum. alt. Dem. in Androt. Heffter. Ath. Ger. p. 364. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 1, p. 269. Ceterum ex hac oratione videtur patere etiam post rei fugam iudices, patrono in ipsius rei locum substituto, alteraque quae reo concessa erat oratione perorata, sententiam pronuntiasse. Quaenam vero fuerit illa σπουδὴ τῶν κατηγορῶν, quam reum pertimuisse dicit orator, elucet e Dem. de fals. leg. §. 1. ὄση μὲν, ὦ ἀ. Ἀθ., σπουδὴ περὶ τουτοῦ τὸν ἀγῶνα καὶ παραγγεῖλλα γέγονε, σχεδὸν οἶμαι πάντας ὑμᾶς ἠσθησθαι ἔωρακότας ἄρτι τοὺς ὅτε ἐκληροῦσθε ἐνοχλοῦντας*

τας καὶ προσιόντας ὑμῶν κτλ. et Aeschin. in Ctes. §. 1. τὴν μὲρ παρασκευὴν ὁρᾶτε — καὶ τὴν παράταξιν ὅση γεγένηται καὶ τὰς κατὰ τὴν ἀγορὰν δεήσεις αἷς κέχρηται τινες κτλ. Neque quisquam nescit eam fuisse fori Attici conditionem ut gratia, donis, minis, omnibus denique modis et iudices et testes a litigantibus in partes ipsorum traherentur.

§. 2. Δοκεῖ δέ μοι περὶ τὸν ἄρξαντα τῆς πληγῆς τὸ ἀδίκημα εἶναι. Pro περὶ τὸν ἄρξαντα simplicem genitivum potuit inferre: sed obtinet hic περὶ praepositionis in circumloquutione usus apud veteres atque recentiores Graecos. Cf. Plat. Charmid. p. 157. B. καὶ γὰρ νῦν, ἔφη, τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἁμάρτημα περὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅτι χωρὶς ἑκατέρου ἰατροῦ τινες ἐπιχειροῦσιν εἶναι, quem locum perperam, mea quidem sententia, interpretatus est Stallbaumius: nunc enim in curandis hominibus in eo peccatur rell. Dem. adv. Eubul. §. 33. τοσαύτη ἡ ἀτυχία ἐστὶ περὶ ἡμᾶς νῦν. Diod. Sic. 13, 80. ὅταν οὖν περὶ τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους ὑπάρχη πλεονεξία, ἐπιβουλή, ὑπερηφανία κτλ. ib. 80. 16, 66. 93. 17, 35. 37. — τῶν νέων κατέκρονε. Tacita cogitatione e praegressis repete ἀν particulam: genitivum vero pro vulg. τὸν νέον assumpsi, quia pluralis numerus magis in hunc locum convenit, neque constructio κατακρίνειν τινός, quam compares cum καταγιγνώσκειν τινός (argum. orat. I.), absoni quidquam habet.

§. 3. τοῦτω τῷ παντὶ προέχομεν. Bekkeri τὸ πᾶν proponentis conjectura utique posthabenda est vulgatae scripturae: alter dativus τοῦτω rem, qua praestent, alter τῷ παντὶ quanto praestent, indicat. Antiph. III. γ. §. 2. οὐκ ἂν προεῖχε τῷ διπλασίω μου. Dem. Ol. I. §. 4. πολλῷ προέχει. Longin. de subl. 34, 1. τῷ παντὶ προέχει. Neque dativorum in ejusmodi enuntiativis concursum refugiunt Graeci. Plat. Apol. p. 21. D. μικρῶ τινὶ αὐτῷ τοῦτω σοφώτερός εἶναι. Diod. Sic. 2, 39. ῥώμη καὶ ἀλκῇ πολλῶ — διενεγεῖν. 13, 35. τοσοῦτω — διήνεγκε συνέσει καὶ δόξῃ. — τοῦτον et quod mox infertur τοῦτον ad mortuum pertinent: cf. V. §. 44.: contra τοῦτον §. 2. et 10. ad absentem reum refertur. Vid. ann. ad II. γ. §. 6. — τῶν ἄλλων ἀπάντων τῶν κατηγορουμένων ἀπολύεται τῆς αἰτίας i. e. er wird von der Schuld an allem anderen Vorgerückten freigesprochen, ut τῶν κατηγορ. τῆς αἰτίας idem sit quod τῆς τῶν γεγενημένων αἰτίας Dem. de cor. §. 294. Articulum ante participium

cum Bekkero inserui. Etenim in hac verborum ἄλλος et πᾶς collocatione ante substantiva nomina interdum omittitur articulus (cf. Dem. de Rhod. lib. §. 30. de Chers. §. 49. de cor. §. 18. 274. Diod. Sic. 5, 35. 71. 74. Plutarch. Pelop. 6.): quem numquam veteres Graeci ante neutrum adjectivorum atque participiorum genus videntur eiecisse. Quamquam τᾶλλα πάντα καλὰ habet Longin. 32, 7 atque apud Antiphontem VI §. 45. edebatur εἰς τᾶλλα πάντα ἱερά, quod codicis ope mutavi in εἰς τᾶλλα ἱερά πάντα. — εἴτε γὰρ κτλ. Altero membro, ad quod referatur illud εἴτε, caret oratio. Quod suppressum esse puto ab oratore propter subjectas enuntiationes rei probandae inservientes a proposito aberrante: cf. not. ad II. β. §. 12. Quae paullo post leguntur verba βιασάμενος ὑμᾶς ἐπιτρεφθῆναι ἰατρῶ non offendissent Reiskium, si animadvertisset Antiphontem adversariis e more suo tribuisse, quae ad unum mortuum pertinerent. Cf. ann. ad I. §. 1, III. γ. §. 11. — ἀνόσια γὰρ ὁ διωκόμενος πάθοι εἰ . . φονεὺς ἔσαι. De orationis conformatione vid. ann. ad I. §. 25. Mutavi veterem scripturam ὅδε διωκόμενος, quod de absente non potest adhiberi ὅδε: atque male iteratam primam verbi διωκόμενος syllabam ὅδε illud genuisse mihi persuadeo, in quo ipsi codices non consentiunt. De verbis φονεὺς ἔσαι, vid. ann. ad III. γ. §. 10.

§. 4. ἔσι δὲ οὐδὲ ὁ ἐπιβουλεύσας κτλ. Verba trajecta sunt: praecedit enim praedicatum ὁ ἐπιβουλεύσας, sequitur subjectum ὁ διωκόμενος. — εἰς ἃ οὐκ ἐβούλετο πατάξας sc. εἰς ἃ μέρη τοῦ σώματος οὐκ ἐβ. πατ.

§. 5. τῆς . . πληγῆς βουλευτῆς ἐγένετο. Cf. γ. §. 4. — τὸν δὲ θάνατον πῶς ἄκ ἐπεβούλευσεν ὃν γε κτλ. i. e. τούτῳ ὃν γε κτλ. Vid. ann. ad α. §. 6. Praeter necessitatem Reiskius pro ἐπεβούλευσεν proposuit ἐβούλευσεν: nam utrumque verbum in hac re legitimum est: cf. β. §. 7. φόνον ἐπιβουλεύοντες. ib. θάνατον ἐπιβουλεύοντες Andoc. in Alcib. §. 15. λαθραῖον θάνατον ἐπεβούλευσε Καλλία. ib. τῷ κηδεσῆι θάνατον ἐπιβουλεύει. Lys. de caede Eratosth. §. 44. θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι. Wyttenb. ep. crit. p. 185. Siebelis ad Pausan. I. p. 56. — οἰκεῖον δὲ κτλ. Cf. I. §. 13. — τῷ ἄρξαντι μᾶλλον ἢ τῷ ἀμνημονέῳ. Aoristi atque praesentis participium jungit h. l. et §. 7. 8. ad ipsius rei naturam respi-

ciens: τὸ ἄρξαι enim praecedit τὸ ἀμύνεσθαι atque brevissimo temporis momento peragitur.

§. 6. ὡς δὲ οὐδὲ κρείσσων ὢν ἀλλὰ πολὺ ὑποδεέστερος ὢν ἐπασχεν ἡμύνετο. Nihil h. l. mutandum esse censeo: vid. ann. crit. Afferuntur haec a rei patrono quia actor dixerat γ. §. 3. ὁ δὲ ἀδυνάτως τὸν κρείσσονα ἀμυνόμενος: atque re vera non κρείσσων fuerat sed ὑποδεέστερος is, qui tantummodo id egerat ut inimici impetum propulsaret atque se pugnando defenderet. Verba ὢν ἐπασχεν pendent ex ἡμύνετο: cf. Thucyd. 1, 96. ἀμύνεσθαι ὢν ἐπάθον. 6, 38. τὸν γὰρ ἐχθρὸν οὐχ ὢν δοῦν μόνον ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας προαμύνεσθαι χρή. Herod. de polit. p. 660. Bekk. ἀμυνομένοις μὲν ὢν ὑπῆρξε. Lucian. Jov. Trag. 37. ὡς οὐδέ σέ ποῦ ἡμύναντο ὢν ἐπιорκείς. Aristid. Leuctr. I. p. 617. Dind. οὐ γὰρ ὢν πεπόνθασιν ἀμύνονται. Koen. ad Greg. Cor. p. 112. Jacobitz. ad Lucian. Jov. Trag. p. 154. — De adversario paullo post dicit πάντ' ἔδρα καὶ οὐδὲν ἡμύνατο. Quae temporum diversitas convenit in hominem assiduo alterum aggredientem atque contumeliose tractantem et ne brevi quidem momento defensoris partes agentem. Similiterque infra de juvene haec posuit ἅ τε ἐπασχεν . . ἅ τ' ἔδρασε, quorum alterum ad diurnitatem, alterum ad breve temporis spatium pertinet. — τῷ μὲν γὰρ ἄρξαντι πανταχοῦ μεγάλα ἐπιτίμια ἐπίκειται. De re adi Dem. in Aristocr. §. 50.

§. 8. πρὸς δὲ τὸ μήτε δικαίως μήτε ἀδίκως ἀποκτείνειν. Μήτε δικαίως edidi cum Bekkero et Dobsono propter locos Antiphontis geminos, quos excitavi in annotatis criticis. Quamquam parum recte et olim et nuper viros doctos praecepisse puto de particula negativa, post οὐ (οὐδείς, οὐποτε et sim.) atque μή particulas οὔτε, μήτε ferri nullo modo posse statuentes. Quod praeceptum et poetarum et pedestris orationis usui repugnat. Ac de poetarum quidem consuetudine sat habeo excitare Hermannum ad Eurip. Med. 1321. Boeckh. not. crit. in Pind. Pyth. V. 50. Hartung. de partt. I. p. 199. sq. In prosa vero oratione tot sunt hujus generis exempla, ut religioni duxerint critici omnia corrigere, etsi bonam eorum partem doctorum virorum industria obscuravit. Cf. Antiph. V. §. 93. ἀνδρὶ μηδὲν αὐτῷ συνειδῶτι — μήτ' εἰς τοὺς θεοὺς ἠσεβηκότι. VI. §. 10. οὐκ ἂν καταψηφίσασθε οὔτ' ἂν ἀποψηφίσασθε. Thucyd. 2, 49. σῶμα οὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν οὔτε χλωρὸν ἀλλ' ὑπέρουθρον. Andoc. de myst.

§. 87. ψήφισμα δὲ μηδὲν βουλῆς μήτε δήμου κυριώτερον εἶναι. Lys. pro Mantith. §. 3. ἀποδείξω ὡς οὐχ ἵππευον οὐτ' ἐπεδήμουν. Isocr. Panath. §. 9. τὴν δὲ φύσιν εἰδὼς — πρὸς δὲ τοὺς λόγους οὐ τελείαν οὐτε πανταχῆ χρησίμην. de perm. §. 290. μὴ σπεύδειν μήτε ζητεῖν ἑτέρων ἄρχειν. Isae. de Cir. h. §. 1. ἡμᾶς τε ὑβρίζουσιν ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνου θυγατρὸς ὄντας, οὐτε γενομένης αὐτῷ πώποτε τὸ παράπαν. Aeschin. de f. leg. §. 97. conf. in Ctes. §. 65. Dem. in Neaer. §. 42. Lysurg. §. 9. Plutarch. Lysurg. 25. 29. 30. Agid. 13. Lucian. musc. encom. 9. Stallbaum. ad Plat. de rep. 3. p. 398. A. Charmid. p. 171. C. — ἔσι δὲ καὶ ἡ τύχη τοῦ ἄρξαντος κτλ. Cf. III. γ. §. 9. — τὴν τύχην προσαγόμενος i. e. pelliciens atque incitans, ut non opus sit scriptura προσαγόμενος.

§. 9. γινώσκει i. q. apud animum suum statuit. Spectat hoc verbum ad iudices potissimum sententiam ferentes. — τὸν τε γὰρ διώκοντα .. τὸν τε φεύγοντα κτλ. Reiskius τε — τε particulis in μὲν — δὲ mutatis atque negativa οὐ deleta Antiphontis verba ita reddidit: *nam accusatorem quidem jus et fas est condemnare eum, qui non perspicue docuerit injuria se fuisse laesum, reum vero condemnari est nefas qui non perspicue criminum ineusatorum fuerit convictus.* Vulgata sana esse puto: *nam superiorem e judicio discedere accusatorem, qui non manifesto ostenderit se laesum esse, nefas est* rell.: καταλαμβάνειν i. q. αἰρεῖν sc. τὸν διωκόμενον jure dicitur accusator qui superior evadit: quamquam plerumque de iudice illud verbum ponitur. Pro ὅτι ἀδικεῖται noli reponere ἠδίκηται: germanice dixeris, das ihm Unrecht geschieht. Cf. Heindorf. ad Plat. Protag. 4. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 65. sq. Funkhaenel. Dem. in Androt. p. 88.

§. 10. ὅ τε γὰρ ἀποκτείνας ... οὗτός τε κτλ. Ad idem subjectum quum ὁ ἀποκτείνας et οὗτος respiciant, vereor ne quis vitium verbis subesse suspicetur. Reiskius certe οὗτος in οὕτως mutandum esse censuit. Equidem τε — τε particulas non ad singula verba sed ad universas sententias pertinere existimo, ita ut alterum orationis membrum alterius inserviat explicationi. Hartung de partt. I. p. 118. De re adeas II. γ. §. 10.

§. 11. τὸν δὲ μίαν τῷ χρόνῳ ἀποδόντες φῆναι τοῖς ἔγγιστα τιμωρεῖσθαι ὑπολείπετε. Ad sententiam compara V. §. 71. sq. 86. Formas ἔγγλων et ἔγγισα, quae apud recentiores

Graecos ubivis obviae sunt, ab Atticis abjudicant Thomas M. p. 125. Ritschl., Phrynichus p. 296. Lob., Zonaras p. 602. Quamquam Anonymus in Villoison. Anecd. II. p. 82. Atticismis annumerat haec *ἄγχις* καὶ *ἔγγυτάτα ἀντὶ τοῦ λλαν πληρολον*. Quae etsi in nonnullis veterum locis olim deprehendebantur, plerumque a recentioribus criticis codicum ope deletae sunt. Itaque hic quoque *ἄγχις* malim scribi. Pertinebat autem caesi ultio ad *τοὺς ἔγγυτάτω γένους μέχρη ἀνεψιαδῶν*, Demosthene teste in *Euerg. et Mnes. §. 72*. Cf. n. ad argum. II. α. Neque vero universa sententia, quam hic legimus, Reiskio placet. Parum enim apte a iudicibus hoc petere videtur orator, ut exspectent dum tempus atque opportunitas indicet caedis auctorem, quum neminem fugere possit, eum, qui verbera homini inflixit, in causa fuisse ut ille exstinctus sit. Sed cavendum ne temere stultitiae crimini obnoxium reddamus oratorem. Nonne medicus in crimen poterat vocari? Nonne dolo malo ipsi cognati huic medico hominem curandum tradidisse poterant videri? Cf. β. §. 4. δ. §. 8.

V.

IN ORATIONEM DE CAEDE HERODIS.

Antiphontis de caede Herodis oratio in praestantissimorum Antiphontae eloquentiae monumentorum numero a veteribus habebatur. ¹⁾ Neque dubitari potest quin haec oratio a sene Antiphonte conscripta ad causam in foro actam pertineat. Quamquam ex ipsa oratione neque accusati nomen patet, neque de tempore, quo habita est, certi quidquam potest afferri: hoc unum pro certo licet affirmare multis annis post Lesbi insulae ab Atheniensibus defectionem, quae quarto belli Peloponnesiaci anno evenit, Ol. 88, 1. 428 a. Chr. n., et ante Ol. 92, 2. 411. a. Chr. n. quo anno Antipho extremo affectus est supplicio, conscriptam esse orationem nostram. Vid. §. 74. sq. impr. §. 78. Causa vero, quae oratori ansam dedit illud non mediocris eloquentiae edendi documentum, haec est.

¹⁾ Vid. Plutarch. vitt. X. oratt. p. 28. ed. Westerm. *ἐπαινεῖται δ' αὐτοῦ μάλις α ὁ περὶ Ἡρώδου κτλ.* ubi olim edebatur *Ἡροδότου*. Quae confusio satis est frequens. Cf. Bast. Comm. Palaeogr. p. 812. Corais ad Plutarch. Cim. 4.

Helus ²⁾ Mytilenaeus, juvenis, cujus pater Aeni, Thraciae urbe, solebat degere, atque Herodes, civis Mytilenaeus, in eodem navigio Mytilenis vehebantur Aenum, alter patris visendi gratia, alter ut Thracibus nescio quibus mancipia venderet. Qui quum procellarum vi coacti essent ad locum quendam agri Methymnaei appellere, navem constrictam, quam ibi invenerunt, aperto navigio relicto, conscendere atque ab imbrium injuria tuti reliquum iter constituerunt conficere. Qua inscensa postquam viri potandi voluptati indulserunt, Herodes noctu e navi egressus non rediit: ceteri, quum homo per aliquot dies sedulo requisitus nusquam appareret, vela in altum dederunt.

Helo ab Herodis cognatis accusato hanc orationem scripsit Antipho. Mytilenaei enim, Atheniensium socii nomine magis quam re, quum jure vitae necisque essent privati, Athenis Helo, quem caedis crimini obnoxium esse contendunt, litem intendunt Herodis cognati. Cf. Boeckh. Staatsh. I. p. 435. Heffter. Ath. Ger. p. 84. sq. impr. 86. Reus ubi Athenas vectus est, per apagogen ab adversariis Undecimviris rerum capitalium traditus atque in vincula coniectus est. De hac actione vide Bekker. Anecd. I. p. 200. Schömann. de comitt. p. 179. Meier. de bon. damn. p. 41. 109. M. et Sch. Att. Proc. p. 26. 224. sq. 246. 582. sq. Heffter. Ath. Ger. p. 205. Platner. Proc. u. Klag. I. p. 259. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 137. 139. Cujus litis qui fuerit exitus ignoratur: ipsa vero oratio Heli ita comparata est, ut vix possit dubium esse, quin Heliastarum calculis absolutus sit reus.

Etenim, quantum ex ipsa accusati oratione colligo, duabus potissimum rebus adversarii accusationem suam fulciebant, litteris scilicet in navigio, ut contendebant, inventis, quas, ut de caede a se patrata certiore redderet Lycinum, quo auctore et hortatore facinus illud commisisset, ipsum reum exarasse dicebant, atque servi testimonio Mytilenis ab ipsis adversariis torti, qui Helum Herodis interfectorem esse edixerat: ut taceam de argumentis, quae ex itineris atque navis communione repetiverant actores. Reus contra duplici utitur defensionis genere. Namque in priore orationis suae parte hoc studet evincere ἀπαγωγήν prorsus alienam esse ab eo crimine quo sese arcessiverint accusa-

²⁾ Debetur hoc nomen prooemiographo: casu videtur immigrasse in corruptam scripturam nonnullorum codicum §. 19.

tores: γραφήν enim φόνου intendere eos debuisse. Quam exceptionem jure an injuria opponat accusatoribus ambigunt viri docti³⁾, quamquam non desunt exempla ἀπαγωγῆς in caedis praemeditatae reos institutae. Neque vero una translativa causae constitutione utitur, sed ipsa adversariorum argumenta conatur refellere. Qua in re ita versatur, ut et litteras istas confictas esse demonstrat et servi testimonium contrario ingenui hominis testimonio debilitet, servum vero illum ab accusatoribus corruptum in quaestione mentitum esse et ne postea coram iudicibus mendacii redargueretur vel revocaret testimonium ab adversariis de medio sublaturum esse ostendat. Denique ipsa accusatorum argumenta inter sese pugnare, atque ut reus ejusque pater nummis emungerentur totam rem confictam esse, iudices edocentur.

IN ARGUMENTUM.

Μιτυληναῖος. *Μιτυλήνη, Μιτυληναῖος* librorum tuetur consensus: cf. §. 20. 23. 29. 76. 77. 79. quam formam plurimi Graecorum scriptores exhibent: alteri *Μυτιλήνη, Μυτιληναῖος* nummi favent et inscriptiones, quam invitis codicibus recentiores editores scriptoribus solent restituere. Vid. Intpp. Liv. 27, 21. Plehn. Lesbiac. p. 10. Schömann. ad Isae. p. 408. Goeller. ad Thucyd. 3, 2. — ἐξ Ἀθηῶν κατὰ ταῦτόν ἀνήγετο. Non Athenis sed Mytilenis vecti sunt Aenum: cf. §. 20. Verba κατὰ ταῦτόν Ἡρώδῃ respondent oratoris verbis ἐν τῷ πλοῦ πλέων ὃ Ἡρώδης οὔτος. — ἐγένοντο ἐν τῇ Μηθύμνῃ. Expectabas εἰς τὴν Μηθύμνην. Similiter infra dicit εἰσελθόντων δὲ αὐτῶν ἐν αὐτῷ. Quam licentiam frequentant recentiores Graeci: vid. Krüger. ad Dionys. Hist. p. 302. Bernhardt. Synt. p. 208. — ἐπανελθόντος sc. Athenas, si fides habenda esset grammatico. Vid. supr. — αὐτοῦ τοῦ Ἑλου μόνου i. e. ipso solo Helo. Cf. Din. in Dem. §. 12. Lycurg. §. 18. 139. — ἐγράψαντο μὲν τὸν Ἑλον ὡς κακοῦργον, ἐν δὲ τῷ δικάσει κτλ. Rem ita narrat prooemiographus, ut hominem credidisse pateat, in accusationis libello latrocinii vel alius hujusmodi κακούργημα-

³⁾ Cum reo faciunt Schömann. in Att. Proc. p. 143. Heffter. Ath. Ger. p. 209. n. 13. accusatoribus calculum adjiciunt Meier. Att. Proc. p. 231. sq. et Platner. Proc. u. Klag. I. p. 261.

τος mentionem fecisse accusatores, in iudicio autem homicidii crimen intendisse reo. Atque in hanc sententiam Reiskium quoque oratoris verba §. 9. accepisse video: cf. n. ad p. 706. ed. Reisk. Quae interpretatio illorum *κακοῦργος ἐνδειγμένος φόνου δίκη μείγω* vel ideo ferri nequit, quod in libello accusatorio ipsa criminis natura uberius debebat exponi (vid. M. et Sch. Att. Proc. p. 606. sq.) neque de litis materia sed de actionis forma eo loco agitur. Ceterum pro *ἐγράψαντο* prooemiographus proprio verbo *ἀπήγαγον* uti videtur debuisse: verum quum in hac quoque actione accusationis capita litteris consignata magistratui solerent exhiberi, non inepte generalius vocabulum posuit. M. et Sch. Att. Proc. p. 228. 594. Schöm. de comitt. p. 179. ad Isae. de Hagn. h. §. 31. — τὸ μὲν ἔγκλημα ἀπολύεται παραγραφικῶς i. e. exceptione usus, scilicet actionis ab adversariis intentae declinatione. Quae translatio est vel constitutio translativa. Cic. de inv. 1, 8, 16. Ernesti. lex. rh. v. *μετάληψις*. — τοὺς κλέπτας καὶ λωποδύτας, ὧν οὐδὲν ἀπέδειξαν με ποιήσαντα. Pronomen, quod est neutrius generis, refertur ad criminum notionem e verbis *κλέπτας καὶ λωποδύτας* repetendam. Cf. nost. §. 9. *περὶ γὰρ τῶν κλεπτῶν καὶ λωποδυτῶν ὁ νόμος κεῖται, ὧν οὐδὲν ἐμοὶ προσὸν ἀπέδειξαν*. Isocr. de perm. §. 90. *καὶ εἰ μὲν τις τοῦτον ἀπαγαγὼν ἀνδραποδιστὴν καὶ κλέπτην καὶ λωποδύτην μηδὲν μὲν αὐτὸν ἀποφαίνοι τούτων εἰργασμένον*. Plutarch. Demosth. 4. *ἐπεκαλεῖτο δὲ μαχαιροποιὸς — ἔχων — δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας*. Bernhardy. Synt. p. 283. Kühner. gr. II. p. 37. n. 1. — τὰ δὲ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους κοινά. Haec ad dicendi genus, quo utitur orator, possunt respicere: medium enim quoddam genus inter austum et elegans usurpat: quae est *κοινὴ ἁρμονία*. Dionys. Hal. de comp. verb. 24. Neque tamen solent prooemiographi exponere de dicendi genere atque orationis forma. Itaque malim referre *κοινά* ad rerum atque sententiarum naturam, communium illarum quidem atque vulgo receptarum. Neque enim quemquam potest fugere orationem de Herodis caede nonnihil discrepare ad sententiarum rationem a praegressis oratiunculis, quae fori iudiciorumque luci minime erant destinatae.

IN ORATIONEM.

§. 1. Ἐβουλόμην μὲν κτλ. Vid. Schoem. ad Isae. p. 435. — ἐξ ἴσου . . καθεξάναι. Exspectes ἴσην καθεξάναι: conf. §. 51. τῶν ψήφων ὁ ἀριθμὸς ἐξ ἴσου γενόμενος. ib. τὰ ἐξ ἴσου γενόμενα. §. 64. ἐξ ἴσου τοῦτό ἐστιν καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοί. Lys. in Eratosth. §. 81. de inval. §. 3. Plat. Gorg. p. 517. A. Bremi. ad Lys. p. 247. — τοῦ μὲν . . τοῦ δὲ κτλ. Illud ad nomina τῇ τε συμφορᾷ καὶ τοῖς κακοῖς, hoc ad remotius τὴν ἐμπειρίαν pertinet. Crebro enim neutrum pronominis demonstrativi genus ad nomina diversi generis refertur: cf. §. 15. 22. Schaefer. Appar. IV. p. 448. sq. Stallbaum. ad Plat. Protag. p. 352. B. Bernhardy. Synt. p. 281. Similis est pronominis relativi usus §. 4. τὴν ἀκρόασι — οὐπερ — ἔτυχον. Bernh. Synt. p. 294.

§. 2. οὐ μὲν κτλ. i. e. in carcere, cui infra opponitur οὐ δὲ i. e. in iudicio. — ἐνταυθοῖ κτλ. Non de motu tantum sed etiam de quiete ἐνταυθοῖ ponitur, ut errasse putandus sit Stallbaum. ad Plat. Crit. p. 33. D., qui ἐνταυθοῖ numquam simpliciter pro ἐνταῦθα dici contendit. Cf. §. 10. ἐνταυθοῖ πεποιήκασιν τὴν κρίσιν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Hom. Il. 21, 122. ἐνταυθοῖ νῦν κῆισο. Od. 6, 104. ἐνταυθοῖ νῦν ἦσο. Aristoph. Ran. 266. τί ἐστι τὰνταυθοῖ; Vesp. 1396. οὗτοι — ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς. Thesm. 224. Nubb. 791. 820. Both. Andoc. de myst. §. 89. ἐνταυθοῖ ἐστιν ὅτι ὑπολείπεται; Aesch. de f. leg. §. 85. Dem. adv. Lept. §. 106. in Aristocr. §. 66. adv. Spud. §. 20. Schaefer. ad Long. Pastor. p. 422. Appar. I. p. 431. Hartung. v. d. Casus p. 84. sq. — ἡ τοῦ λέγειν ἀδυναμία. Cf. Bekker. Anecd. I. p. 345. ἀδυναμία ἐρεῖς ὡς Δημοσθένης καὶ ἀδυνασία ὡς Ἀντιφῶν καὶ Θουκυδίδης, καὶ ἀδυνατία ὡς Δεινόλοχος. Sed Thomas Mag. p. 2. Ritschl. ἀκρατία, inquit, ἀδυνασία καὶ ἀνοητία παρὰ Θουκυδίδη μόνω. Ἀδυνασία legimus apud Thucydidem 7, 8. 8, 8. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 508. Ducker. et Goeller. ad Thuc. 7, 8.

§. 3. ἄπιστοι γενόμενοι κτλ. Ut et hic et infra in verbis διότι ἐψεύσαντο verbosius noster adumbraverit cogitata animi, tamen manu corrigente vel resecante minime opus est. — ἐπὶ τοῖς τῶν κατηγορῶν λόγοις εἶναι i. q. pendere e verbis accusatorum, in eorum potestate esse: cf. §. 6. 31. 32. 52. 76. Matth. gr. §. 585.

§. 4. αἰτήσομαι ὑμᾶς. Exspectabas praesens tempus: at

blande et modeste loquentis futurum est, qui ita rem enuntiat, ut ex aliorum arbitrio videatur pendere. Tacite enim suppleveris *si vobis placuerit*, vel simile quid. Quod genus in poesi atque in prosa oratione latius patet, quam vulgo creditur. Soph. Oed. T. 1048. τοῦμόν δ' ἐγὼ κελ σμικρόν ἐσι, σπέριμ' ἰδεῖν βουλήσομαι. Oed. C. 1284. καὶ ταῦτ' ἀφ' ὑμῶν, ὧ ξένοι, βουλήσομαι — κυρεῖν ἐμοί. Eurip. Med. 259. τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι. Antiph. VI. §. 8. βουλήσομαι ἀπολογήσασθαι. Eurip. Alc. 164. σε — αἰτήσομαι τέκν' ὄρφανεῦσαι τὰμά. Heracl. 475. Θράσος μοι μηδὲν ἐξόδοις ἐμαῖς προσθήτε· πρῶτον γὰρ τόδ' ἐξαιτήσομαι. Andoc. de myst. §. 1. ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρ., δεήσομαι ὑμῶν. Lys. pro bon. Aristoph. §. 2. αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς. Dem. de f. leg. §. 1. in Mid. §. 58. adv. Phorm. §. 1. adv. Pantaen. §. 3. adv. Nausim. §. 1. — ἅπερ οἱ πολλοὶ . . ἀκροῦσθαι σφῶν αὐτῶν αἰτοῦνται. Ita pronomini relativo per epexegetin subjectus est infinitivus infra quoque §. 47. ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεσιν ἄνευ Ἀθηναίων οὐδένα θανάτῳ ζημιῶσαι. Thucyd. 3, 59. Isocr. Panath. §. 181. Schöm. ad Isae. p. 186. Goeller. ad Thuc. l. c. Matth. gr. §. 476. De σφῶν αὐτῶν sine gravitate illato vid. ann. ad I. §. 29. — εἰκὸς γὰρ κτλ. Hoc enim leges Atticae jubent et Heliastarum jusjurandum flagitat. Dem. de cor. §. 2. τοὺς νόμους καὶ τὸν ὄρκον ἐν ᾧ — γέγραπται τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροῦσασθαι, coll. in Timocr. §. 151. De pronomine οὐπερ vid. n. ad §. 1.

§. 5. συγγνώμην ἔχειν μοι τοῦτο μὲν κτλ. Reiskius verba τοῦτο μὲν ante συγγνώμην collocavit: at ne sic quidem membrorum concinnitatem restituit. Itaque turbatum sententiarum ordinem ab ipso oratore profectum esse suspicor. — Cum verbis ἀληθεία μᾶλλον ἢ δεινότητι εἰρησθαι compares velim §. 42. λόγους — οὓς ἐκείνος ἀνάγκη μᾶλλον ἢ ἀληθεία ἔλεγεν, et III. β. §. 2. δόξη καὶ μὴ ἀληθεία τὴν κρίσιν ποιήσασθαι. — τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης sc. ἀμάρτημά ἐσι. Γνώμη enim in universum ad ea refertur quae consulto atque rerum ponderatione instituta fiunt: cf. §. 69. 79. Goeller. ad Thucyd. 1, 70. Apte vero Mytilenaeus in foro Attico minime versatus apud iudices Atticos, quorum teretes atque religiosas fuisse aures scimus, hac utitur deprecatione. Cf. Cic. or. 9. Spengel. Artt. Scriptt. p. 15.

§. 6. ἀνάγκη δὲ κινδυνεύοντα περὶ αὐτῷ καὶ ποῦ τι καὶ ἐξαμαρτεῖν. Ad sententiam confer Andoc. de myst. §. 6. Lys. de bon. Aristoph. §. 3. Structura verborum κινδυ-

νεύειν περί τι ab usitata ratione recedit (κινδυνεύειν περί τιμος) quam sequitur noster II. α. §. 4. δ. §. 5. V. §. 62. VI. §. 1. Eam, quam h. l. praetulit, compares cum δεδιέναι, φοβεῖσθαι περί τι et sim. Matth. gr. §. 589. b. β. Bernhardy. Synt. p. 262. Displicet autem iteratum καὶ in formula καὶ που καὶ: nam ea solet esse duplicis καὶ conditio, ut prius universam sententiam copulet cum praegressis, posterius intendendi vim habeat: cf. Thucyd. 2, 87. Lucian. Demon. 9. de merc. conduct. 16. 17. 39. de luctu 12. Toxar. 15. atque plerumque καὶ που καὶ ponunt ubi majora atque graviora adjiciunt praegressis, ut respondeat vernaculo *und wohl selbst, und wohl gar*. Vid. ann. crit. Ceterum τι pronomen inter utrumque καὶ collocatum a verbo suo ἐξαμαρτεῖν de more Graecorum est divulgum. Ducker. ad Thucyd. p. 309. Poppo. Obs. critt. in Thuc. p. 196. — τῶν λεγομένων .. ἐνθυμεῖσθαι. Cf. nost. VI. §. 20. ἐνθυμηθῆναι — τῆς γνώμης τῶν ἀντιδίκων. Thucyd. 1, 42. ὧν ἐνθυμηθέντες. Xenoph. Mem. 1, 1, 17. εἰ μὴ τούτων ἐνεθυμήθησαν. 2, 1, 34. τούτων ἐνθυμουμένων. de Ven. 8, 6. τῆς ὥρας ἐνθυμούμενον. 9, 4. τῶν τόπων ἐνθυμούμενον.

§. 7. μᾶλλον ὀρθομένους. Thucyd. 3, 42. πλείς ἂν ὀρθοίτο (ἢ πόλις) ἀδυνάτους λέγειν ἔχουσα τοὺς τοιοίτους τῶν πολιτῶν. Simplex verbum Antipho, Thucydides, Tragici frequentant, composita ἀνορθοῦν, κατορθοῦν, alia ceteri. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 250. sq. — ἡ .. αἵτησις .. ἐν τῷ ὑμετέρῳ δικαίῳ οὐχ ἡσσον ἢ ἐν τῷ ἐμῷ. Cogitatione supplendum est ad hanc sententiam atque eam, quae praecedit, verbum substantivum, ut facile careamus Reiskii additamento αὐτη. Sententia haec est: rogatio mea non minus vestro quam meo juri accommodata est i. q. et me decet haec a vobis petere et vos mihi concedere. Ceterum confer Thuc. 5, 46. λέγων ἐν μὲν τῷ σφετέρῳ καλῶ ἐν δὲ τῷ ἐκείνων ἀπρεπεῖ τὸν πόλεμον ἀναβάλλεσθαι.

§. 8. Πρῶτον μὲν οὖν. Spectant haec verba ad alteram hujus orationis partem, in qua utitur constitutione conjecturali. Cf. ann. ad IV. γ. §. 2. — οὐ τῷ φεύγειν ἂν τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον i. e. non quo defugiam vestram multitudinem. Non de judicum coetu loquitur sed universos Athenienses designat, quorum vices gerebant Heliastae. Cf. §. 78. 80. VI. §. 9. Schaefer. Appar. II. p. 685. Dativus τῷ φεύγειν ἂν ad causam pertinet sicut §. 54. ὅτι μὲν μακρὸν εἴη πρῶγμα τοῦτο ἂν τις

ἀναγκασθεὶς γράψαι τῷ μὴ διαμνημονεύειν τὸν ἀπαγγέλλοντα. Dem. de pac. §. 21. in Phil. II. §. 13. Matth. gr. §. 541. — In sequentibus ne cum Reiskio verbum excidisse existimes, verba ita struenda esse teneas: ἐπεὶ ὑμῖν ἐπιτρέψαιμι ἂν καὶ (vel) ἀνομίοις καὶ μὴ κατὰ νόμον μηδένα διαψηφίσασθαι περὶ τ. σ. τ. ξμοῦ: *vobis enim permetterem ut vel injurati nulliusque legis normae adstricti sententiam ferretis de capite meo.* Διαψηφίσασθαι proprie plures dicuntur de eadem re viritim suffragia ferentes, cf. §. 90., quamquam etiam singuli διαψηφίσασθαι dici possunt. Dem. in Timocr. §. 151. διαψηφιοῦμαι περὶ αὐτοῦ οὐ ἂν ἢ ἢ δίωξις. — Ἐνα ἢ τεκμήρια καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων καὶ τῶν εἰς ἐμὲ κτλ. Vereor ne quis alterum καὶ post πραγμάτων malit deletum. Quodsi omnia genuina sunt, hoc dicet Antipho: *ut et ceterorum omnium, quae in alios cives commiserunt, et eorum, quae in me deliquerunt, documenta sint ipsorum audacia legumque contentio.*

§. 9. κακοῦργος ἐνδεδειγμένος φόρου δίκην φεύγω. Vid. ann. ad argum. huj. or. Ἐνδεδειγμένος dicit orator, repudiato verbo ἀπηγμένος, quod exspectabas: infra enim diserte commemorat apagoge usos esse accusatores: cf. §. 85. Quamobrem verbi ἐνδεικνύναι vim h. l. non ita existimo urgendam esse, ut ad eam actionem, quae proprio vocabulo ἐνδειξις nominatur oratorem statuemus respexisse: hoc dicit, se delatum esse tamquam κατοῦργον. Ceterum tangunt hunc looum M. et Sch. Att. Proc. p. 224. 225. n. 47. Heffter. Ath. Ger. p. 212. n. 27. Lex ad κακούργους pertinens ab uno Antiphonte commemoratur: quae qualis fuerit, qua aetate et a quo lata sit ignoratur. Dubitari autem potest an jure sicarios reus e κακούργων exemerit numero: illud certum est non solos λωποδύτας atque κλέπτας annumerandos esse κακούργους. Vid. M. et Sch. Att. Proc. p. 76. 228. Heffter. Ath. Ger. p. 209. Platner. Proc. u. Klag. II. p. 168. coll. I. p. 261. Atque veri est simillimum haec potissimum genera excitasse reum, ut invidiam conflaret accusatoribus, contra ea reticuisse, quibus ipse poterat obnoxius videri. Neque enim quisquam nescit oratorum quam caute et circumspecte in ejusmodi rebus utendum sit auctoritate. Hudtwalcker. de diaet. p. XII. Meier. de bon. damn. p. VIII. Facere non possum quin hoc loco apponam argumentum Antiphonteo simillimum, in quo κακούργια quoque mentio habetur. Exstat apud Sopatrum in

Schol. ad Hermogen. stat. in Walz. Rhett. gr. IV. p. 316. *Εὐξίθεος καὶ Ἡρώδης ἐπλεον ἅμα εὐρηται ὁ Εὐξίθεος καθεύδων ἔχων αἰμᾶ ἐγγὺς καὶ κρίνεται κακουργίας. παραγράφεται γὰρ (δὲ?) τὸν τρόπον ὡς οἷα ὀφείλει τοῦτον τὸν τρόπον κρίνεσθαι ἀλλὰ δειχθέντος τοῦ φόνου, quae e nostra oratione desumpta esse contenderim. — ὦν οὐδὲν κτλ. Cf. n. ad argum.*

§. 10. οὐ τοῖς ἄλλοις εἶργεσθαι προαγορεύουσιν κτλ. Poll. 8, 66. *εἶργοντο δὲ ἱερῶν καὶ ἀγορᾶς οἱ ἐν κατηγορίᾳ φόνου ἄχρι κρίσεως καὶ τοῦτο προαγορεύσεις ἐκαλεῖτο. Nost. VI. §. 36. ὁ γὰρ νόμος οὕτως ἔχει ἐπειδὴν τις ἀπογραφή φόνου εἶργεσθαι τῶν νομίμων. V. §. 88. VI. §. 34. 35. 48. Platt. Legg. IX. p. 871. Heffter. Ath. Ger. p. 362. n. 7. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 1, p. 329. — τιμησὶν μοι ἐποίησαν. i. q. ἐτιμήσαντό μοι χρημάτων. Cf. ann. ad. argum. II. a. In libello accusatorio litis addiderant aestimationem, etsi ex eo genere erat Herodis causa, quod ἀτιμητον dicitur, ipsa lege criminis poenam definiente. Caedis enim voluntariae ἀγὼν est ἀτιμητος. Heffter. Ath. Ger. p. 116, qui nostrum tetigit locum p. 120. n. 8. M. et Sch. Att. Proc. p. 171. sq. 310. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 143. Post haec verba cum codice Oxoniensi rescripsi ἀνταποθανεῖν κτλ., quem ordinem verborum commendat oppositorum ratio. Ceterum formula τοῦ νόμου κειμένου assumit infinitivum sicut omnes dictiones quibus jubendi notio subest: cf. VI. §. 9. τοῦ νόμου οὕτως ἔχοντος εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα κατηγορεῖν et §. 36.*

§. 11. ὁ πάντα οἶμαι ὑμᾶς ἐπίστασθαι. Haec non sine ironia dicit homo peregrinus. De re conf. Poll. 8, 118. qui de Areopagitis haec habet ὑπαίθριοι δὲ ἐδικάζοντο. M. et Sch. Att. Proc. p. 148. Heffter. Ath. Ger. p. 362. Verba ἐν ὑπαίθρῳ repugnant grammaticorum praecepto ὑπαίθρον μὴ λέγε ἀλλ' ὑπαίθριον Thom. M. p. 367. Ritschl. Phrynich. p. 251. Lob. Sed vid. Lob. ib. p. 252. — ἔνα τοῦτο μὲν οἱ δίκασαδ . . τοῦτο δὲ ὁ διώκων . ἔνα μὴ ὁμωρόφιος γίνηται κτλ. Voculae ἔνα in altero membro collocatio post enuntiati subjectum etsi verborum videtur tollere concinnitatem, minime abhorret ab Atticorum usu. Consulte enim in ejusmodi enuntiatis refugiant illum, quem exspectes, verborum ordinem, ei, quod maximi momenti est, verbo primum assignantes locum in sententia opposita. Cf. Thucyd. 8, 108. ἀγγέλλων ὅτι τάς τε Φοινίσσας ναῦς ἀποσρέψει — καὶ τὸν Τισσαφέρνην ὅτι φίλον πεποιήκοι μιλ-

λον. Isocr. de big. §. 50. ἀγανακτῶ — εἰ Τισίας μὲν μηδὲν ἀγαθὸν ποιήσας — μέγα δυνήσεται, ἐγὼ δ' εἰ μηδετέρους ἀδικήσας ὑπ' ἀμφοτέρων κακῶς πελοομαι. Isae. de Aristarch. h. §. 23. δεινότεα γὰρ πάντων γένοιτο εἰ Κυρωνίδης μὲν καὶ οὗτοι — μὴ μόνον τὸν Ξεναιέτου οἶκον — ἔξουσιν ἀλλὰ καὶ τόνδε προσλήφονται, ἐγὼ δὲ — εἰ μηδὲ τὸν τῆς μητρὸς κλῆρον λήψομαι. de Dicaeog. h. §. 3. ἐπ' ἐκείνων τρέφεται τὸν λόγον ὡς Δικαιογένης τε — ἅπαντα πεπολήκει, καὶ αὐτὸς ἐξεγγίην ὅτι ἀπέδωκε. Oratorem, qui supra dixerat in foro agi iudicium, hoc loco sub tecto haberi iudicium contententem secum pugnare credidit Reiskius. Neque tamen verba ἐν τῇ ἀγορᾷ sub dio iudices de hoc crimine cognovisse indicant, sed ad dicasterium aut in ipso foro situm aut prope forum debent referri. Atque in fori vicinia magnum fuisse dicasteriorum numerum tradunt. M. et Sch. Att. Proc. p. 147. n. 43. Cujus rei causa in aperto est: vid. Aristot. Polit. 7, 12. c. f. — τοῦτο δὲ δέον σε διομόσασθαι κτλ. Non absolvit orator inceptam constructionem sed rursus infra orationem exorditur ἂν οὐ παρελθὼν κτλ., nimirum quia enuntiationum post ἰσχυρότατον insertarum series obscuraverat structurae rationem. Cf. §. 93. — ἐξώλειαν αὐτῶ καὶ γένει κτλ. Rescribendum censui αὐτῶ i. e. σεαυτῶ (vid. n. ad. III. δ. §. 1.) vulgatae αὐτῶ loco. Quamquam αὐτῶ tuetur Bernhardy. Synt. p. 286. Equidem αὐτοῦ pronominis pro ἑμαντοῦ, σεαυτοῦ positi usum poetis atque Ionibus assignandum, a prosa Atticorum oratione alienum esse puto: neque exempla hujus generis e pedestri Atticorum sermone a quoquam collecta esse video. Ipsa exsecrandi formula, quam commemorat Antipho, in juramenti sanctissimis solita erat adhiberi. Cf. Dem. in Aristocr. §. 67. διομεῖται κατ' ἐξώλειας αὐτοῦ καὶ γένους καὶ οἴκτας. in Timocr. §. 151. in Neaer. §. 10. Andoc. de myst. §. 126. Lys. in Eratosth. §. 10. Aeschin. de f. leg. §. 87. in Ctes. §. 111. Parentum enim scelera liberorum atque sobolis universae poenis lui etiam Graecia opinata est (Eurip. Hippol. 1330. Lys. in Andoc. §. 20.), atque fractae potissimum fidei poenas a perjuratorum liberis repeti. Homer. II. 3, 300. et pass. Herodot. 6, 86. Dem de f. leg. §. 240. Lycurg. §. 79. Sanctissimo autem hoc jurejurando in judiciis de caede non in solo Areopago sed in ceteris quoque dicasteriis et actor, et reus, et testes solebant obstringi. Vid. Boeckh. Indd. lectt. in un. Berol. sem. hib. 1826 — 27. p. 8. Platner. Proc. u. Klag.

I. p. 223. — μὴ ἄλλα κατηγορήσειν ἐμοῦ ἢ εἰς αὐτὸν τὸν φόνον. Similiter variatur structura Lys. pro Polystr. § 17. πάντα μᾶλλον κατηγοροῦσιν ἢ εἰς τὴν ἀρχήν. de bon. Aristoph. §. 60. τῷ τόνυν πατρὶ τῷ ἐμῷ ἄλλα μὲν ἂν τις ἔχοι ἐπικαλέσαι ἴσως, εἰς χρήματα δὲ οὐδεὶς ἐτόλμησε πώποτε. Lycurg. §. 67. Franz. ad Lys. p. 263. Antiph. VI. §. 9. — ἐν ᾧ, *in welchem Falle*, sc. ἐν τῷ κατηγορεῖν σε εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. Immerito autem Reiskium atque Bekkerum offendit repetita ἂν particula in οὗτ' ἂν — τούτοις ἂν: quod genus et aliis et Antiphonti celebratur. Cf. II. γ. §. 2. III. γ. §. 2. IV. γ. §. 5. δ. §. 11. V. §. 52. 65. 71. VI. §. 15. Klotz. Quaestt. critt. p. 106. Hartung. de partt. II. p. 324.

§. 12. αὐτὸς σεαυτῷ νόμους ἐξευρών. Cf. §. 13. αὐτὸς σεαυτῷ νόμον θέμενος. Quod attinet ad verba ἀνώμοτος κτλ., quominus actorem et testes injuratos praesto fuisse in judicio arbitremur, impedit fori Attici ratio atque usus. Quam ob rem cum Schoemanno Att. Proc. p. 624. ita hunc locum explicandum esse puto, ut oratorem rem augentem homines, qui sanctissimo illo quod in γραφῇ φόνου solebat dari jurejurando non essent obstructi, injuratos nuncupasse statuam. V. §. 90. De more tangendi victimarum prosicia vid. Dem. in Aristocr. §. 68. Wessel. ad Herodot. 6, 68. — φόνου δίκην καταγνώσθαι. Cf. VI. §. 3. μὴ δίκην αὐτῆ δὲ μὴ ὀρθῶς καταγνώσθαι. Aeschyl. Eum. 543. ὅπως ἂν εὖ καταγνώσθῃ δίκη. Dem. adv. Onet. I. §. 32. καταγνώσμένης ἤδη τῆς δίκης. Cf. n. ad §. 87. — καὶ λέγων κτλ. In codicibus est εἶγε quod ineptum esse nemo non videt. Vulgata si sana est reddatur oportet *idque aperte dicens*. Quae arcte jungenda esse patet cum verbo κελεύεις. Pronomen αὐτοῖς ad judices referas.

§. 13. καίτοι ἐμοί, . . . ἴσον ἦν μοι . . . ἐξεῖναι ἐξελεῖν. Virgula post ἐμοὶ posita debetur Bernhardyo, qui vidit ἐμοὶ non cum μηδὲν διαφέρει sed cum ἦν jungi debere: exempla quoque repetiti pronominis collegit idem vir doctus Synt. p. 276. neque formulam οὐδὲν διαφέρει necessario jungi dativo personae perspicuum est. Στέρεσθαι τῆςδε τῆς πόλεως est *privari Atticae rei-publicae commercio atque communionē*: ἴσον autem adverbii vicem gerit i. q. *pari modo, pariter* (Xenoph. Anab. 2, 5, 7. Aristot. Polit. IV. p. 1291, 1. Bekk.): ἦν denique pro ἐξῆν positum est. Porro particulae καὶ ante προσκληθέντι respondet τοῦτο δέ, quod sae-

pissime infertur non praecedente τοῦτο μὲν, velut ap. nost. §. 69. 76. 82. Herodot. 5, 45. 8, 60. Lesbonact. Protrept. II. p. 657. 30. Bekk. Aristot. Eth. Nic. V. 8. VIII. 2. Herm. ad Vig. p. 702. Schaefer. Appar. I. p. 161. Verbis ἀπολογησαμένῳ τὴν προτέραν tacita quivis cogitatione adjecerit ἀπολογίαν. Cf. Aristoph. Ran. 649. ναυμαχῆσαντας μίαν (sc. ναυμαχίαν) et quae congescit Bernhardy. Synt. p. 189. sq. Denique infinitivum ἐξεῖναι e verbo ἦν suspensum noli impugnare cum viris doctis: qui quum majore intervallo sejunctus sit a voce ἦν, ipsa longinquitate durior loquendi ratio obscuratur atque lenitur. Cf. Thucyd. I, 122. ἐν ᾧ ἢ διζυλως δοκοῦμεν ἂν πάσχειν ἢ — τῶν πατέρων χεῖρους φάτνεσθαι. Xenoph. Cyrop. I, 6, 36. (script. vet.) σιτοποιεῖσθαι τε γὰρ ἀνάγκη — καὶ ἔωθεν — ἀποχωρεῖν δεῖσθαι. Plat. Alcib. II. p. 144. D. ἄρ' οὐκ ἀναγκαῖόν σοι δοκεῖ εἶναι — οἴηθῆναι δεῖν πρῶτον ἡμᾶς εἰδέναι κτλ. ib. p. 146. B. Goeller. et Stallbaum ad II. cc. Neque si propius abesset infinitivus ἐξεῖναι a verbo ἦν, equidem ejicerem hoc idioma, memor eorum quae leguntur apud Platonem Legg. VIII. p. 839. μὴ δυνατὸν εἶναι δύνασθαι. Phalar. ep. 87. οὐ γὰρ οἶά τέ ἐσι δύνασθαι. Dem. in Androt. §. 8. τοῦ νόμου τοῦ διαδόχου οὐκ ἐὼντος ἐξεῖναι — αἰτῆσαι τὴν δωρεάν, quem locum non debuit sollicitare Dobr. Adverss. I. 2, p. 467. in Neaer. §. 106. οὐκ ἐᾷ — γλυγεσθαι Ἀθηναῖον ἐξεῖναι. Infinitivum defendit etiam Klotzius. Quaestt. critt. p. 11. Quod ad res attinet ab oratore commemoratas, insulanos in jus vocasse (προσκαλεῖσθαι) publicum κλητῆρα, nave Salamina vel Paralo usum, verisimile est: vid. Platner. Proc. u. Klag. I. p. 116. sq. Heffter. Ath. Ger. p. 282. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 1, p. 324: ὀφλεῖν ἐσθήμην τὴν δίκην reus dicitur qui vadimonio deserto ex titulo contumaciae condemnatur. M. et Sch. Att. Proc. p. 697. — ἰδίᾳ με μόνον. Non ignoro fore qui exspectent ἐμὲ pro enclitica pronominis forma: atque reposuit plenior Bekkerus. Tu confer Lys. de obtrectat. §. 19. ἀλλὰ καὶ νῦν ὑμεῖς με μόνον κακῶς λέγετε. Nimirum gravitas atque pondus in ejusmodi locis non pronomini inest sed voci μόνος, sicut apud nostrum §. 60. in verbis ὡς αὐτῷ μοι πρόφασιν οὐδεμίαν ἔχει forma enclitica adjicitur pronomini αὐτῷ cum gravitate quadam praemisso, itemque apud Herod. 2, 10. 4, 134. Quamquam falso Matthiaeus in gr. §. 148. n. 2. contendit, praegresso pronomine illo semper encliticam personalis pronominis for-

formam a Graecis inferri. Quod placitum refellunt ea, quae a Stallbaumio ad Platon. Euthydem. 273. B. dicta sunt, exemplisque confirmata. — Interdum etiam sine alio vocabulo vim quandam prae se ferente in comparatione et verborum oppositione enclitica forma reperitur: cf. VI. §. 8. ἡγοῦμαι γὰρ μοι τιμὴν — οἴσων, τοῖς δὲ κατηγόροις — αἰσχύνην. Quod genus poetis nemo non concedit: vid. Hermann. et Wunder. ad Soph. Philoct. 47. 520. Matth. ad Eurip. Heracl. 64. Bernhardt. Synt. p. 274.

§. 14. καίτοι τούς γε νόμους κτλ. Ad sententiam confer I. §. 3. et VI. §. 2. Isocr. Paneg. §. 40. Hermann. gr. Staatsalt. §. 104. 4. Ipsa vero vetustas summum Graecis est praestantiae legum documentum. Isocr. de perm. §. 82. τῶν μὲν νόμων ἐπαινεῖσθαι τοὺς ἀρχαιοτάτους, τῶν δὲ λόγων τοὺς καινοτάτους. ad Nicocl. §. 18. Particulae μὲν in sequentibus respondet *ἔπειτα*. Cf. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 133. Schaefer. Melett. p. 61. Werfer. Actt. Phil. Monac. I, 2, p. 253. Krüger. ad Dionys. Hist. p. 94. — ὥς ε οὐ δεῖ κτλ. Eadem sententia exstat VI. §. 2. Conf. Aeschin. in Ctes. §. 16. *χρὴ γὰρ — τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον· ὅταν δὲ ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῆ ὁ νόμος ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ δίδόναι τὴν ψήφον οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ.* Notandus est in Antiphonteis transitus a μὴ negativa ad οὐ particulam (εἰ — κείνται ἢ μὴ, εἰ διδάξουσι ἢ οὐ), qui iteratur VI. §. 2. Quam inconstantiam Graecis interdum placuisse ego non miror: utraque enim particula utrique sententiae accommodata est. Vid. Hartung. de partt. II. p. 122. 123. Gayler. particc. gr. sermon. p. 153. 155. Isae. de Ciron. h. §. 9. *ἀνάγκη τὴν ἐμὴν μητέρα, εἴτε θυγατὴρ ἦν Κίρωνος εἴτε μὴ, καὶ εἰ παρ' ἐκείνῳ διητᾶτο ἢ οὐ, καὶ γάμους εἰ διττοὺς ὑπὲρ ταύτης εἰσίασεν ἢ μὴ κτλ.* Dem. adv. Lept. §. 83. *καὶ λογιεῖσθε ὅτι νῦν οὐχ ὁ νόμος κρίνεται πότερόν ἐσιν ἐπιτήδειος ἢ οὐ, ἀλλ' ὑμεῖς δοκιμάξεσθε εἴτε ἐπιτήδειοι πάσχειν ἐς εὖ τὸν λοιπὸν χρόνον εἴτε μὴ,* ubi erraret qui ad solum infinitivum μὴ particulam referret. Pro futuro tempore διδάξουσι in loco gemino VI. §. 2. exstat praesens: neque tamen huc inferendum praesens tempus. Etenim praesens κείνται ad leges spectat quae fuerunt et adhuc exstant, futurum διδάξουσι ad consilium, quod in singulis actionibus sequuturi sint accusatores.

§. 15. νομοθέτης ἐπὶ τὰ πονηρότατα i. e. legislator in

partem pessimam. Bernhardy. Synt. p. 253. Stallbaum. ad Plat. Symp. p. 214. E. In verbis ταῦτα παρελθὼν Reiskium offendit neutrum genus ad nomen οἱ νόμοι respiciens. Tu vide ann. ad §. 1.

§. 16. ἔπειτα δέ. Non praecedit πρῶτον μὲν v. πρῶτον: cf. §. 51. 62. 68. 92. Stallbaum. ad Plat. Protag. p. 350. D. ann. nostr. ad §. 13. — ἀμφισβήτησιν καὶ λόγον. Λόγος de praetextu atque speciosa excusatione crebro usurpatur. Dem. Ol. I. §. 6. οὐδὲ γὰρ λόγος οὐδὲ σκῆψις ἔθ' ἡμῶν ὑπολείπεται. Lycurg. §. 33. τί γὰρ ἔδει προφάσεων ἢ λόγων ἢ σκῆψεως; — τοῖς τότε δικασαῖς. Judices, de quibus loquitur, sunt ii, qui tum sedebunt quum reus in hac apagoge absolutus denuo per γραφὴν φόρου fuerit accusatus. Τότε enim ad futurum quoque tempus referunt, certum atque definitum temporis momentum cogitatione praecipientes, ubi vernaculi sermonis ratio ποτὲ requirit. Schaefer. ad Julian. praef. p. IV. Fritzsche Quaestt. Lucian. p. 2. sq. nostr. §. 90. Verum aliquid absoni habent verba ὡς καὶ τοῖς τότε δικασαῖς ἀπισήσων, quandoquidem neque cum praegressis haec arcte juncta esse videntur, neque cum sequentibus, quae ipsius ἀμφισβήτησεως atque λόγου accusatorum rationem exponunt. Quodsi nihil omissum esse statueris vel depravatum, hic erit sententiarum nexus: Quum non uno hoc iudicio contenti sint futuri sed, me absoluto, aliam instituturi actionem, hac ipsa re declarabunt, se iudicum spernere auctoritatem atque non pluris aestimatos esse illos iudices quam hos qui nunc dati sunt. — ὥσε μηδέν μοι μηδὲ πλέον εἶναι μηδ' ἀποφυγόντι. Repetita negatio Reiskio displicet, me non offendit: quam defendit etiam Klotzsius Quaestt. critt. p. 95. Cf. ann. ad III. γ. §. 10. Quamquam verborum equidem hanc praetulerim collocationem ὥσε μηδὲ πλέον εἶναι μηδέν μοι μηδ' ἀποφυγόντι. Paullo post κακοῦργος ἀπέφυγον insolentius dictum est de eo qui crimine κακουργίας arcessitus capitis discrimen effugit. E fori autem usu accusatorem dici ἀποκτεῖναι notavi ad IV. α. §. 2. De re vide Heffter. Ath. Ger. p. 292.

§. 17. μάλ' ἐδέσθην. Reiskius post μάλ' adverbium desiderat. Cf. Xenoph. Hell. 6, 5, 16. μάλα βουλόμενοι. 7, 1, 25. μάλα πολιορκουμένους. Buttm. Lexil. II. p. 48. Tribus vero in publico iudicio vadibus opus erat reo, qui satisdaret se stato die adfuturum. M. et Sch. Att. Proc. p. 518. 583. Heffter. Ath. Ger.

p. 426. Hermann. gr. Staatsalt. §. 137. 2. Plat. Legg. XI. p. 914. fin. — In verbis οὕτως οὗτοι διεπράξαντο τοῦτο ὥς μὴ ἐγγενέσθαι μοι ποιῆσαι accusativum τοῦτο e verbo ποιῆσαι pendere memineris. — ὅστις πώποτε ἠθέλησε . . οὐδεὶς πώποτε ἐδέθη. Abundat πώποτε in alterutro orationis membro, ut ap. Dem. de symm. §. 15. ὅσα μὲν πώποθ' ἅπαντες ὑμεῖς ἠβουλήθητε — οὐδὲν πώποθ' ὑμᾶς ἐξέφυγεν. Paulo diversi generis sunt haec Dem. in Androt. §. 6. τοῦτον ἀπάσας τὸν τρόπον ἐλληφέναι τὰς βουλὰς ὅσαι πώποθ' ἔχουσι παρ' ὑμῶν δωρεάν, καὶ οὐδεμιᾷ γεγενῆσθαι προβούλευμα πώποτε. — οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν κακούργων sunt Undecimviri rerum capitalium, de quibus Poll. 8, 102. ἐπεμελοῦντο δέ, inquit, τῶν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ, et Heraclid. Pont. Polit. 1. ὁμοίως δὲ καθισᾶσι καὶ τοὺς ἕνδεκα τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ. Heffter. Ath. Ger. p. 210. Hermann. gr. Staatsalt. §. 139. — ὥς καὶ οὗτος κοινὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὧν ἐμοὶ μόνῳ ἐπέλιπε μὴ ὠφελεῖσθαι τοῦδε τοῦ νόμου. Nihil h. l. mutandum. Infinitivus μὴ ὠφελεῖσθαι τ. τ. ν. abundanter adjectus epexegetis instar est, sicut infra §. 32. πρὸς τούτων εἰσὶν οἱ βασανιζόμενοι λέγειν ὅτι ἂν ἐκεῖνοις μέλλωσι χαριεῖσθαι. Thucyd. 3, 6. καὶ τῆς μὲν θαλάσσης εἶργον μὴ χρῆσθαι τοὺς Μυτιληναίους. Quod genus proxime accedit ad illud de quo exposuerunt Matth. gr. §. 532. g. Stallbaum. ad Plat. de rep. I. p. 342. B. Verborum οὗτος — ἐμοὶ μόνῳ ἐπέλιπε structura ne te male habeat, audi Thom. M. p. 116. R. καὶ ἐπιλείπει μοι τόδε καὶ ἐπιλείπει με τόδε. Neque infrequens illa ratio est apud recentiores: cf. Plutarch. Cat. M. 13. C. Gracch. 3. Cicer. 42. Synes. 5. p. 170 b. Etiam ὠφελεῖσθαι τοῦδε τοῦ νόμου a vulgari ratione recedit, ut fore suspicer qui scribi malint ὠφελεῖσθαι ἐκ (ἀπό, ὑπό) τοῦδε τοῦ νόμου: at vulgatam ferri posse puto: activum certe hujus verbi genus cum nudo genitivo copulatur. Oed. C. 436. οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν, schol. τούτου τοῦ ἔρωτος οὐδεὶς με ἐπολεῖ ἀπολαῦσαι. Xenoph. Agesil. 11, 8. τῷ μὲν δικαίῳ ἀρκεῖν ἠγοούμενος τὸ ἔαν τὰ ἄλλότρια, τῷ δὲ ἐλευθέρῳ καὶ τῶν ἑαυτοῦ προσωφελήτεον εἶναι. Itaque ὠφελεῖσθαι τοῦδε τοῦ νόμου accipere possis pro ἀπολαύειν τ. τ. ν. Bernhardyus Synt. p. 169. jungit genitivum cum verbo ἐπέλιπε, cujus de universo hoc loco sententiam equidem haud assequor: ut parum attente virum doctum scriptoris verba legisse existimem.

§. 18. ἀπαρασκευότατον γενέσθαι με. Demosthenes in Timocr. §. 148. de eadem lege, quam excitat Antipho, haec habet οὗτος γὰρ — οὐκ ἐπὶ τοῖς κεραιμένοις καὶ ἡγωνισμένοις κεί-
ται ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἀκρότοις, ἵνα μὴ διὰ τὸ δεδέσθαι χεῖρον ἀναγκά-
ζονται ἀγωνίζεσθαι ἢ καὶ παντάπασιν ἀπαρᾶσκευοι εἶεν. — προ-
θυμοτέρους . . . τούτοις τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν ἢ ἐμοὶ τὰ-
ληθῆ λέγειν i. e. promptiores ad falsum istis testimonium im-
pertendum quam ad verum profitendum in meum commodum:
ἐμοὶ enim λέγειν nihil aliud est quam *in meum commodum dicere*.
Quae adduntur διὰ τὴν τοῦ σώματος κακοπάθειαν, inepta
ea quidem videntur docto Anglo: sed ita possint accipi, ut et
dedecus vincti et potentiam adversariorum arguant. Dedecus
autem cum vinculis conjunctum fuisse et sequentia docent et
§. 63: adde Dem. in Timocr. §. 115. Ceterum cum nostro loco
compares Lys. pro Polystr. §. 18. τῷ μὲν γὰρ οὐδ' εἴ τις εἶχε
μαρτυρίαν, εἶχε μαρτυρεῖν διὰ τὸ δέος τὸ τῶν κατηγορῶν, τοῖς δὲ
καὶ τὰ ψευδῆ δεδοικότες ἐμαρτύρουν.

§. 19. Οὐτωςὲ μὲν δὴ πολλοῖς ἐλασσωθεῖς τῶν νό-
μων κτλ. Sententia haec est: multo deteriore usus conditione
ea, quam jus et aequum mihi concedunt. Unice enim vera est codi-
cis Oxoniensis scriptura ἐλασσωθεῖς, de πολλοῖς dubito: usus certe
requirere videtur πολλά, velut Dem. de cor. §. 3. πολλά μὲν οὖν
ἐργῶν ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου. Quamquam
πολλοῖς a recta cogitandi ratione haud alienum est. — ὁμως
μέντοι γε καὶ ἐκ τούτων κτλ. i. e. *veruntamen et in tali
rerum statu conabor* rell. Vid. Matth. gr. p. 1335. ed. 3. —
καίτοι χαλεπὸν γε κτλ. Ad sententiam compara Plat. Apol.
p. 37. A. Andoc. de myst. §. 6. Lys. de bon. Aristoph. §. 3.

§. 20. ἐν τῷ πλοίῳ . . . ὃ Ἡρώδης. Vid. Matth. gr. §. 595.
c. Quod paullo post infertur ἀπολύσων non simpliciter pro
ἀποδωσόμενος, venditurus, id quod Reiskius vult, potest accipi
sed designat *accepto pretio e servitute dimissurus*: οἱ ἀπολυσό-
μενοι autem sunt *redempturi servos*. Schaefer. Appar. II. p. 456.
sq. Cur vero et ille et hi una cum servis in Thraciam naviga-
verint neque Reiskius probabilem exputavit causam et ego nescio.
Neque tamen quia itineris illius hodie non perspicimus causas
ideo fides deneganda oratori. Ceterum Thraciae gentis plurimos
serviisse apud Graecos in vulgus notum: Reitemeier. Gesch. u.
Zust. der Slav. in Griech. p. 78.

§. 21. Ἡ μὲν πρόφασις. De vera causa hoc loco non de praetextu hoc vocabulum usurpatur: cf. §. 22. 59. Reisk. Ind. Dem. et Sturz. lex. Xenoph. h. v. Dobr. Adverss. I. 1, p. 79. 2, p. 547. — χειμῶνι τινι χρησάμενοι. Exspectes χειμῶνι χρησάμενοι: sed conf. Diod. Sic. 13, 64. διὰ τινος χειμῶνας οὐ δυνηθεὶς τὸν Μαλέαν κάμψαι. ib. 14, 109. extr. 16, 16. init. — αὐτὸς καθ' αὐτὸν . . πεποιημένος. E verbo ἀπελέγχομαι huc refer ἀπελέγχεται.

§. 22. οὔτ' αὖ ἐγὼ . . ποιησάμενος . . οὔτε κατασχόν-
τες. Inconstantia oratoris nunc de se loquentis nunc sese atque itineris socium cogitatione comprehendentis eum non offendet, qui contulerit quae congesi ad II. γ. §. 2. — ἀνάγκη καὶ τοῦτο ἐγίγνετο. Pronomen refer ad nomen μετέκβασις. Vid. ann. ad §. 1. — ἐν ᾧ μὲν γὰρ ἐπλέομεν ἀσέγασον ἦν τὸ πλοῖον. Haud crebro Graecis haec pronominis relativi ante nomen substantivum placuit collocatio, quae non semel apud Antiphontem invenitur. Cf. §. 28. ἐν ᾧ δὲ κατεποντώθη οὐχ εὖρον. οὔτ' αὐτὸ τὸ πλοῖον κτλ. §. 62. οὐ αὐτὸς οὐκ ἤξιλον αὐτόχειρ γενέσθαι, τοῦτο τὸ ἔργον ἐγὼ ποτ' ἂν ἐπελοσθην ἀντ' ἐκείνου ποιῆσαι. §. 85. καθ' οὓς μὲν ἀπήχθη οὐκ ἔνοχος ἦν τοῖς νόμοις. Andoc. de myst. §. 120. καὶ ἥς μὲν ἐγὼ ἐπεδικασάμην ἢ παῖς ἀπέθανε. Aristoph. Nubb. 117.

ἂ νῦν ὀφείλω διὰ σέ, τούτων τῶν χρεῶν

οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί.

Bernhardy. Synt. p. 299. — μαρτυρίας παρέξομαι. Cave hanc formulam cum altera μάρτυρας παρέξομαι, quae tritior est atque usitator, commutes. Cf. Dem. adv. Macart. §. 31. adv. Leoch. §. 44.

§. 23. ἐξητεῖτο οὐδέν τι μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἢ καὶ ὑπ' ἐμοῦ. De formula οὐδέν τι μᾶλλον, *nihil magis*, cf. Xenoph. Cyrop. 7, 1, 6. Plat. de rep. 1, p. 346. B. Phaedr. p. 260. D. Theaet. p. 169. B. Greg. Cor. p. 60. Schaef. Καὶ vero particula ita solet inferri post comparativum cum negativa conjunctum. Locum enim in ejusmodi enuntiatis habet *aequalitatis* atque *copulationis* notio. Thucyd. 1, 36. οἱ περὶ τῆς Κερκύρας νῦν τὸ πλεον ἢ καὶ τῶν Ἀθηνῶν βουλευόμενος. 140. ἐνδέχεται γὰρ τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων οὐχ ἥσσον ἀμαθῶς χωρῆσαι ἢ καὶ τὰς διανοίας τοῦ ἀνθρώπου. 2, 38. καὶ ξυμβάλνει ἡμῖν μηδὲν οικιοτέρᾳ τῇ ἀπολαύσει τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ γιγνόμενα καρποῦσθαι ἢ

καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. 5, 9. 6, 82. Xenoph. Hell. 5, 1, 14. 6, 5, 39. Andoc. de myst. §. 140. Lys. in Agor. §. 92. Dem. in Neaer. §. 44. Amator. §. 50. Plat. Phaed. p. 75. C. Hipp. M. p. 298. E. — ἐδόκει δεινὸν εἶναι scil. τὸ ἀφανῆ εἶναι τὸν ἄνδρα. — καὶ εἷς τε τὴν Μιτυλήνην κτλ. Quum voculae τε quae respondeat particula primum effugiat oculorum obtutum, vereor ne quis καὶ — τε voces jungendas esse putet et pro atque etiam positas velit. Cui sententiae favent Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 144. Goeller. ad Thucyd. 1, 9. Matth. §. 626. Sed jure, re accuratius perpensa, illarum particularum copulationem damnat idem Stallbaumius ad Plat. Protag. p. 317. D. Cf. Hartung. de partt. I. p. 114. Rost. gr. p. 684. ed. 4. Apud Antiphontem τε particula universam afficiens sententiam respicit ad καὶ in verbis καὶ ἄλλου οὐδενός κτλ.: ea enim, quae statim subjiciuntur καὶ τῇ ἐμῇ γνώμῃ ἐπέμπετο ad amplificandam praegressam sententiam accommodata sunt. Hoc dicit orator: atque ego et nuntii mittendi auctor fui, et meum ipsius famulum obtuli, qui nuntium perferret. In transcursu hic moneo, apud Thucydidem 8, 68. verba καὶ αὐτός τε (αἰτιαθεὶς ὡς ξυγκατέστησε [τὰ τῶν τετρακοσίων] ἄριστα φαίνεται ἀπολογησάμενος) respicere ad sequentia παρέσχε δὲ καὶ Φρόνιχος κτλ. Quem locum perperam solent interpretari atque mutare.

§. 24. τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου. Intellige nautas atque omnes omnino eos qui usi erant illa navi ante quam Herodes cum Helo in eam transcendit. De loquendi genere v. Bernhardy. Synt. p. 223. coll. p. 205. Addit. — κατ' ἐμαυτοῦ μηνυτήν. Cf. §. 38. τὸν κατ' ἐμοῦ μηνυτήν. §. 52. μηνυτὰς κατ' ἐμαυτοῦ. Andoc. de myst. §. 19. 20. Lys. in Agor. §. 2. 18. Antiph. infr. §. 38. καθ' ὧν μηνύη ἄν τις.

§. 25. ἐκ δὲ τούτων ἤδη σκοπεῖτε τὰ εἰκότα. Cf. §. 49. σκοπεῖτε δὲ — καὶ ἐκ τῶν λόγων — τὸ δίκαιον καὶ τὸ εἰκός. τῆς τούτων αἰτιάσεως. Αἰτιασις habes §. 89. VI. §. 6. Poll. 3. 38. Ἀντιφῶν δὲ καὶ αἰτιάσεις εἴρηκεν. — ἐπεδήμουσιν scil. in insula Lesbo.

§. 26. ὡς ἐν μὲν τῇ γῆ ἀπέθανεν. Μὲν particulae respondet δὲ in verbis ὅπως δ' ἠφανίσθη: eodemque respicit altera μὲν in καὶ τούτο μὲν ἀκριβῶς οὕτοι ἴσασιν, quae verba praegressorum cum gravitate quadam efficiunt iterationem. — ἴσως ἂν ἐδύνατο. Non sine ironia est ἴσως: er hätte wohl nicht ge-

konnt: quae particula in re certissima modestiae speciem prae se ferens, asseverationis vim habet. Foertsch. Obs. critt. p. 52. — οὔτε τῷ ἀπάγοντι.. ἢ πρόφασις ἂν εἰκότως ἐγέλγνετο i. e. neque probabili praetextu quisquam ad longum iter suscipiendum eum potuisset illicere.

§. 27. ὀπτῆρ οὐδέεις. Obversatus est Polluci 2, 57. hic locus. Ἀντιφῶν δὲ καὶ τὸ ὀψόμενος εἶπε καὶ τῇ ὄψει οἶον τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ ὀπτῆρ καὶ ἄοπτα. Ὀπτῆρ poetarum tantum non proprius est, sed invenitur etiam apud Xenophontem Cyrop. 4, 5, 17. tanguntque hanc vocem Eustath. p. 788. 30. Thom. M. Hesych. Suid. s. v. Apud nostrum idem est qui αὐτόπτης. — καὶ τὸ ἐγὼ συγκωρῶ κτλ. Possis interrogationis signum ponere post πλοῖον: neque tamen eo opus: *et tamen nihilo minus*, inquit, *confiteor veras esse istorum criminationes, ut isti contendunt!* — παρεχόμενος μὲν τοὺς μάρτυρας ὡς οὐκ ἐξέβην κτλ. Plenius loquentis erat addere post μάρτυρας verbum μαρτυροῦντας vel λέγοντας: sed compendiariis ejusmodi loquutionibus abundant oratores. Cf. §. 53. γραμματῖδιον εὐρεῖν — ὡς ἀποκτείναιμι τὸν ἄνδρα, et quae congressit Fritzsche Quaestt. Lucian. p. 58. sq. In sequentibus orator a participio transit in tempus finitum εἰκὸς ἦν: concinnius foret παρεχόμενος μὲν — εἰ δὲ καὶ — εἰκὸς ὄν.

§. 28. ὡς καταποντώθη. Καταποντοῦν plerumque posthabuerunt alteri formae καταποντίζειν: illud noster §. 39. quoque posuit. Zonar. p. 1178. καταποντωθῆναι ἀντὶ τοῦ καταποντισθῆναι τῶν Ἀττικῶν δὲ ἐστὶ. Wessel. ad Diod. Sic. 14, 112. Intpp. Ev. Matth. 18, 8. Lobeck. ad Phryn. p. 361. — ἐν ᾧ αὐτοὶ μὴ ὁμολογοῦσιν ἀποθανεῖν τὸν ἄνδρα. Particulam μὴ cum infinitivo jungas oportet.

§. 29. φροῦδος. Huc respicit Harpocratio: φροῦδος, inquit, Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου, ἀντὶ τοῦ ἐκποδῶν. παρὰ πολλοῖς δὲ τοῦνομά ἐστιν. — τὸ δὲ πλοῖον ἦκεν .. ἐν ᾧ .. ἐπλέομεν i. e. rediitque navis qua ego una cum Herode vetus eram. Imperfectum ἐπλέομεν a Graeco positum est ubi e vernaculae nostrae ratione plusquamperfectum requiritur: Graeci enim in ejusmodi enuntiatis non actionum ordinem atque cohaerentiam, sed singulas per se spectare solent actiones. Quod genus grammatici nostri solent negligere. Cf. Hom. Od. 16, 50.

τοῖσιν δ' αὖ κρειῶν πίνακας παρέθηκε συμβώτης
ὀπταλέων ἅ ῥα τῇ προτέρῃ ὑπέλειπον ἔδοντες.

Nost. VI. §. 37. πρόθυμοι ἦσαν ἀπογράφεσθαι με εὐθύς τῇ ὑσε-
ραία ἢ ὁ παῖς ἐθάπτετο. Xenoph. Anab. 2, 1, 3. ὅτι — πεφευ-
γῶς ἐν τῷ σαθμῷ εἶη μετὰ τῶν ἄλλων βαρβάρων, ὅθεν τῇ προτε-
ραία ὤρμῶντο. ib. 1, 2, 22. καὶ εἶλε τὰς σκηρὰς οὐ ἐφύλαττον οἱ
Κίλικες coll. §. 21. Naegelsbach. ann. ad Hom. H. Exc. X.
p. 254. Krüger. ad Dionys. Hist. p. 304. — τὸ αἶμα εὔρον.
Articulus indicat de re agi auditoribus nota. Similiter infra in
τῶν προβάτων ὃν αἶμα articulus ad oves refertur, quas in
navi mactatas fuisse auditores sciunt, vel quas ii solent alere,
qui longius iter suscipiunt. Ad rem iudicibus notam haec quo-
que pertinent ἐβασάνιζον τοὺς ἀνθρώπους. Duo enim ho-
mines, ingenuus alter, alter servus, qui una cum reo Mytilenis
vecti erant atque in agro Methymnaeo, ut videtur, eum relique-
rant (cf. §. 31. 49. 52.) Mytilenis ab adversariis torti sunt. Quam-
quam quo jure ingenuo homini tormenta admoverint ignoramus.
Boeckh. Staatsh. II. p. 411, sq. M. et Sch. Att. Proc. p. 684.
Heffter. Ath. Ger. p. 313. Platner. Proc. u. Klag. I. p. 238. Ci-
vem Atticum illum hominem fuisse vix credibile est: infimae con-
ditionis peregrinum fuisse existimo, quippe qui e rei arbitrio
videatur pependisse (cf. §. 52.): Mytilenis denique non Athenis
hanc quaestionem habitam esse constat, ut jure Lesbio adver-
sarios usos esse sit veri simillimum. Ceterum conferri potest
cum hac re quaestio Mytilenis habita de Macareo, Bacchi sacer-
dote, Mytilenaeo, in capitis causa. Vid. Aelian. V. H. 13, 2.

§. 30. ὃν μὲν . . οὗτος μὲν . . ὃν δ' κτλ. Cf. ann. ad
IV. β. §. 2.

§. 31. ὑσερον τούτῳ τῷ χρόνῳ. Verba τούτῳ τῷ sine
causa Reiskius videtur tentare: quae refero ad temporis spatium
a testibus, id quod jure meo sumere puto, modo definitum. Cf.
Herod. 1, 91. ὑσερον τοῖσι ἔτεσι τούτοισι. Voci ἕως ante ὑπ'
ἀμφοῖν non posse adjici δέ, ut Reiskius vult, nemo non perspi-
cit, quum haec jungenda sint ὁ δὲ δοῦλος ἕως ὑπ' ἀμφοῖν πε-
σθεὶς κτλ. — τὴν μὲν ἐλευθερίαν . . οἴσεσθαι. Cf. III. δ. §. 2.

§. 32. ἐφ' οἷς ἂν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς βασάνου i. q.
e quibus potissimum pendeat quaestio de servis habenda. Reti-
cetur h. l. conjunctivus praesentis verbi substantivi, quod non
raro fit, praegresso pronomine relativo. Homer. II. 14, 376. ὅς

δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος. Dem. in Mid. §. 14. εἰσαγόντων εἰς τὴν Ἑλλησποντιὰν τριάκοντα ἡμερῶν ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφή. Plat. de rep. 2. p. 370. E. ὧν ἂν αὐτοῖς χρεῖα: similiterque post conjunctiones. Homer. II. 11, 477. ὄφρ' αἶμα λιαρὸν καὶ γούνατ' ὀρώρη. Antiph. VI. §. 8. εἰάν ὑμῶν ἡδομένοις. Aeschin. in Tim. §. 12. εἰάν μὴ υἱὸς διδασκάλου ἢ ἀδελφὸς ἢ θυγατρὸς ἀνὴρ. Aristot. Eth. Eud. 7, 3. εἰάν μὴ ὁμοίως χρήσιμοι καὶ εὖ ποιῶσιν. Lucian. Catapl. 2. ἐπειδὴν δὲ καιρὸς κατιέναι. Comic. ap. Plutarch. Themist. extr. χῶπότην ἀμύλλα τῶν νεῶν. Schaefer. Greg. Cor. p. 152. Appar. III. p. 349. Jacobitz ad Lucian. Catapl. p. 7. Bernhardt. Synt. p. 330. — πρὸς τούτων εἰσὶν οἱ βασανιζόμενοι λέγειν ὅτι ἂν κτλ. i. e. ab horum partibus stant ii, qui torquentur, ita ut ea edicant, quae his grata sint futura. Infinitivi liberius adjecti vim attigi ad §. 17. Ad eosdem vero homines spectare pronomina ἐκείνοις ad quos pertinet τούτων, nihil habet insoliti: optimi enim quique scriptores ita post pronomina αὐτὸς et οὗτος inferunt ἐκεῖνος. Schneid. ad Xenoph. Cyrop. 5, 2, 28. Stallbaum. ad Plat. Phaed. p. 106. B. Foertsch. Obs. critt. in Lys. oratt. p. 70. sq. Franz. ad Lys. p. 285. — ἐν τούτοις γὰρ scil. ἐφ' οἷς ἂν τὸ πλεῖστον μέρος ἢ τῆς βασάνου. — ἐν αὐτῷ τούτῳ i. q. hac ipse re. Cf. ann. ad I. §. 8. — νῦν δὲ αὐτοὶ ἦσαν καὶ βασανισαὶ καὶ ἐπιτιμηταὶ τῶν σφίσειν αὐτοῖς συμφερόντων. Rem tangit Platner. Proc. u. Klag. I. p. 242. Βασανισαὶ ii nominantur qui praesunt quaestioni (v. I. §. 10.): iidem cur ἐπιτιμηταὶ τ. σφ. αὐτ. συμφ. dicti sint alii aliter explicant. Hudtwalcker. Diaet. p. 173. n. 19. et Wachsmuth. Hell. Alt. II. 1, p. 333. coll. Dem. adv. Pantaen. §. 40. τὸν βασανιστὴν Μνησικλέα ἐπιγνώμονα εἶναι τῆς τιμῆς τοῦ παιδός, Antiphontis ἐπιτιμητὰς arbitros esse, quibus, si servi in quaestione exspirassent, pretia eorum, si deteriores facti essent, ipsum damnum esset aestimandum, videntur sumere. Qui neque rationem habuerunt genitivi adjecti, neque aestimationis notionem prorsus ab hoc lēco alienam esse viderunt. Reiskio ἐπιτιμηταὶ sunt ἐπιτάκται i. e. iidemque torquendo imperabant ea dicere quae ipsorum e re esset dici. Neque illis neque huic calculum ego adjicio: sunt enim ἐπιτιμηταὶ τῶν — συμφερόντων, mea quidem sententia, quasi exactores commodorum suorum, vigilantes ne quid detrimenti capiant, ulciscentesque servos parum ipsorum commodis inservientes. Cf. Aeschyl. Prom. 76.

ἐγγόμενος νῦν θεῖνε διατόρους πέδας,
ὡς οὐπιτιμητῆς γε τῶν ἔργων βαρύς.

ubi Schol. ὁ γὰρ προστάξας — ἢ ὁ ζημιωτῆς καὶ ὁ ἐκδικητῆς. ἄλλως· — ὁ ἐπιτιμᾶν μέλλον σοι εἶγε ἀμελήσης. Σχ. δ. ὁ ἐξεταστῆς καὶ εὐθύνας ἐπάξων εἰ φαῦλα φωράσεται. Atque jungunt κολαστὴν καὶ ἐπιτιμητὴν. Sophocl. Procr. ap. Poll. 9, 140. Eurip. Suppl. 240. sq.

§. 33. ἐγίνωσκέ μου καταψευσάμενος. Participium aoristi cave posthabeas futuri participio: loquitur enim de servo qui *postquam mendacium dixit* hoc ipsum e re sua fore sibi persuadet. Verba τούτῳ διῶσχυρίζετο τῷ λόγῳ Reiskius *perseverabat in ista praedicatione* reddidit bene, si sententiam spectes, male, si singula verba: ἰσχυρίζεσθαι et διῶσχυρίζεσθαι hoc dicunt *niti* aliqua re, eaque *fidere* ut *πιστεύειν*. Cf. Lys. in Agorat. §. 35. ἰσχυριεῖται δὲ καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ. §. 85. ἀκούω δ' αὐτὸν καὶ τῷδὲ ἰσχυρίζεσθαι.

§. 34. οὐδέτερα ὠφέλησαν. Noli suspicari ὠφέλησεν, una littera mutata, scribarum incuria in pluralem abiisse. Vid. Bernhardt. Synt. p. 418. Bremi. exc. X. ad Lys. p. 448. Schöm. ad Isae. p. 411. Jacobitz. ad Lucian. Jov. Trag. p. 158. Pro ἄγοντες sine causa idonea ἀπάγοντες poni jubet Reiskius: cf. Xenoph. Anab. 1, 6, 10. 5, 7, 34. — οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τοῖς μηνυταῖς κτλ. De indicum atque delatorum praemiis apud Athenienses vid. Schömann. de comitt. p. 222. Att. Proc. p. 558. sq. In verbis θάνατον τῷ μηνυτῇ τὴν δωρεὰν ἀπέδοσαν quae sit articuli vis — *suum atque debitum praemium* — neminem fugiet. Cf. Dem. adv. Lept. §. 167. τοῖς — θάνατος παρ' ὑμῶν ἢ ζημία. Lycurg. §. 65. θάνατον ὥρισαν εἶναι τὴν ζημίαν. Schaefer. Appar. III. p. 254. Stallbaum. ad Plat. Protag. p. 325. B. Ad quam formulam non sine adversariorum irrisione alludere videtur reus. Cf. ann. ad III. d. §. 8. — πρὶν ἂν ἐγὼ ἔλθοιμι. Matth. gr. §. 522. d.

§. 35. διὰ τῆς αὐτῆς βασάνου ἰὼν ὑπ' ἐμοῦ i. e. eodem modo a me tortus. Matth. gr. §. 585. — τεθνεὼς δὲ τὸν μὲν ἐλεγχον . . ἀπεσέρει δι' αὐτοῦ τοῦ σώματος ἀπολλυμένου i. q. sublatus autem de medio explorandae veritatis ipsa morte abstulit facultatem: ut extrema verba posita sint pro δι' αὐτοῦ τοῦ ἀπόλλυσθαι τὸ σῶμα. Cf. Dem. de cor. §. 32. προλαβὼν τὴν

Θοράκην διὰ τούτους οὐχὶ πεισθέντας τῷ ἐμῷ ψηφίσματι. Verbum ἀποσερεῖν interdum sicut h. l. accusativo personae caret: Dem. in Mid. §. 44. ἂν μὲν ἐκὼν παρ' ἐκόντος τις λάβῃ τάλαντον ἐν ἧ δύο ἢ δέκα καὶ ταῦτ' ἀποσερήσῃ. — τούτων δὲ μάρτυράς μοι κάλει. Schömannus ad Isae. p. 190. „Qui scribam, inquit, excitat ad testes advocandos, certos quosdam et qui huic noti sint citari jubet, quamobrem articulum addi orationis leges flagitant.“ Sed testes etsi noti sunt oratori atque scribae, non item sunt iudicibus atque coronae: ut recte dici videantur haec: excita qui testes harum rerum sint, rufe Zeugen für diesen Umstand. Atque temerarium foret tot locos viri egregii praecepto contrarios corrigere. Cf. nost. §. 56. Lys. in Agor. §. 66. de publ. pec. §. 2. 3. 9. pro Polystr. §. 26. de bon. Aristoph. §. 41. Isocr. Trapez. §. 12. 16. adv. Callim. §. 54.

§. 36. ἐνθάδε παρέχοντας τὸν μηνυτὴν αὐτόν i. γ. infra ἐμφανῆ παρέχοντας τὸν ἄνδρα ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Ipsum indicem, τὸν μηνυτὴν αὐτόν, opponit testimonio litteris consignato, τοῖς λόγοις τοῖς ἐψευσμένοις §. 35., quod sine dubio magistratui exhibuerant adversarii in iudicio depromendum. — καὶ αὐτῷ τούτῳ χρῆσθαι ἀγωνίσματι, ἐμφανῆ παρέχοντας . . καὶ κελεύοντας κτλ. Participia pronominis demonstrativi epexegetin efficiunt: quod genus latissime patet. Cf. VI. §. 46. τούτου αὐτοῦ ἕνεκα, οὐχ ἡγοῦμενοι κτλ. Isocr. Panath. §. 120. de perm. §. 69. Isae. de Menecl. h. §. 13. — Nost. VI. §. 48. ταῦτα ἡμῖν ἀπέδειξα, τούτους αἰτιωμένους κτλ. Plat de rep 6, p. 487. D. τοὺς δὲ ἐπιεικεστάτους δοκοῦντας ὅμως τοῦτό γε — πάσχοντας, ἀχρήστους ταῖς πόλεσι γυνομένους. Andoc. de pac. §. 13. διὰ τὰδε δεῖν πολεμεῖν, ἢ ἀδικουμένους ἢ βοηθοῦντας ἡδικοῦμένους. Dem. in Aristocr. §. 122. ἀλλ' ἄχρι τούτου καὶ φιλεῖν, οἶμαι, χρῆ καὶ μισεῖν, μηδετέρου τὸν καιρὸν ὑπερβάλλοντας, cujus loci ratio Schaeferum fugit Appar. IV. p. 99. Lys. in Theomn. I. §. 26. τίς γὰρ ἂν ἐμοὶ μελῶν ταύτης γένοιτο συμφορὰ, περὶ τοιοῦτου πατρὸς οὕτως αἰσχρὰν αἰτίαν ἀκηκοότι; Similiter ἐκεῖνο praemittitur participiis Xenoph. Hell. 3, 4, 18. Dem. in Mid. §. 65. Ad praegressum quoque participium respicit pronomem velut infr. §. 37. τἄληθῆ κατειπὼν διὰ τοῦτο σωθῆναι ἂν. §. 75. νῦν δὲ ἀναγκάζων ταῦτα οὐ δευὰ ἡγεῖται εἰργάσθαι. — ἀλλὰ μὴ ἀποκτεῖναι sc. τὸν μηνυτὴν. Pendent haec verba e γ. ἐχρῆν, non cum proxime

praegressis cohaerent. — πότερ' ἀληθῆ ἐσίν, ὅτ' ἔφη . . ἢ ὅτ' οὐκ ἔφη; Compendiaria dictio est, pro πότερ' ἀληθῆ ἐσὶ ταῦτα ἃ ἔλεγε τότε ὅτ' κτλ.

§. 37. ἐπειδὴ δὲ . . ἀπόλλυτο. Imperfectum de re inchoata non perfecta positum est: infra quoque §. 53. ἐπεμπον de conatu dictum. Stallbaum. ad Plat. Menex. p. 244. E. Bernhardy. Synt. p. 373. Matth. gr. §. 497. c. — τοὺς δὲ προτέρους λόγους τοὺς κατεψευσμένους ἦσαν οἱ ἀφανιοῦντες. Participium ἀφανιοῦντες cave tentes. Quod defendere video etiam Bernhardy Synt. p. 108. ita tamen ut hujus loci rationem non perspexisse videatur. Componit enim nostrum locum cum Aristophaneo Nubb. 538. ἀφανίζων σκώμματα, quod reddit *Späße sudeln*. Quam verborum Aristophanis interpretationem haud scio an lectores non amplexuri sint, neque qui in nostrum locum iste verbi ἀφανίζειν significatus conveniat equidem perspicio. Verum vidit Dobreus, qui ἦσαν οἱ ἀφανιοῦντες reddidit: *erant qui in luce maligna collocarent* angl. disfigured, entstellten. Quod vel sequentia probant ὥσε μηδέποτε εἰς τὸ ἀληθὲς κατασῆναι, *ne unquam genuinam induerent formam*. Ipsum enim falsum servi testimonium novis commentis instruxerant atque exornaverant accusatores: de qua re vide §. 39. et 42.

§. 38. οἱ ἀπάγοντες i. q. qui apagoge utuntur. Cf. §. 9. — καὶ εἰ μὲν ἐγὼ κτλ. De omissa in apodosi ἂν vide ann. ad III. β. §. 4., ad sententiam compara I. §. 11. Ἰσχυροτάτοις est pro firmissimo praesidio vel documento: ad quod verbum noli e sequentibus cogitatione supplere τεκμηρίοις. Cf. §. 84. αὐτοῖς γε τούτοις ἰσχυροτάτοις ἂν ἐχρῶντο. VI. §. 28. αὐτοῖς ἂν τούτοις ἰσχυροτάτοις ἐχρῶντο. Dem. adv. Spud. §. 7. τί ἂν ἔτι μείζον ἢ ἰσχυρότερον ἔχων εἰς ὑμᾶς κατέστην ἢ τὸν νόμον. adv. Eubul. §. 62. εἰ τολῆνυ — τοῦτο δοκοῦσιν οὗτοι λέγειν μάλιστα ἰσχυρόν. — ὥς οὐκ ἀληθῆ τῆν αἰτταν ἐπέφερον ἦν ᾗσαντο. Speciosa est Dobrei conjectura ἦν ἡτιῶντο (cf. VI. §. 27.): verum haud scio an ᾗσαντο (scil. ἐπιφέρειν) ferri possit: nunquam enim οἶμαι idem esse videtur quod *arrogo mihi, conor, audeo, ich lasse mir einfallen*. Quo pertinet Dem. in Mid. §. 71. ὅτι ὁ τύπτων αὐτὸν ὑβρίζειν ᾗετο. in Neaer. §. 35. ἐπειδὴ τολῆνυ ἀσελῶς προῦπληκάζετο καὶ οὐχ ὥς ᾗετο ἡγαπάτο.

§. 39. ἐγὼ δὲ φημι ταῦτα μὲν οὐ λέγειν αὐτόν. De

infinitivo praesentis conf. IV. γ. §. 1. Ceterum qua ratione haec resciverit reus nusquam in oratione nostra commemoratur.

§. 41. οὐ χάριτι τῇ ἐμῇ i. e. non favore vel studio in me adductus. Cf. VI. §. 41. διὰ τὴν ἐμὴν σπουδὴν. Lys. in Theomn. II. §. 10. διὰ τὴν ὑμετέραν εὐνοίαν. in Agor. §. 20. εὐνοία τῇ ὑμετέρᾳ. Matth. gr. §. 466. 2. Pflugk. ad Eurip. Androm. 62. Heracl. 1013.

§. 42. ὁ ἐν τῷ αὐτῷ πλοῖῳ πλέων καὶ παρῶν διὰ τέλους καὶ συνῶν μοι. Participia praesentis vim habent imperfecti. Abundantia vero qua luxuriat oratio minime insuavis est, quippe quae proficiscatur a studio inculcandi auribus iudicum rem gravissimi momenti. Similiter loquitur Plato Symp. p. 195. B. μετὰ δὲ νέων αἰεὶ ξύνεσι τε καὶ ἔστιν. Plutarch. de Is. et Osir. p. 352. A. παρ' αὐτῆς καὶ μετ' αὐτῆς ὄντα καὶ συνόντα. Quo retulerim etiam Dem. de cor. §. 239. τί γὰρ νῦν λέγεις οἷα ἐχρῆν πράττειν, ἀλλ' οὐ τότ' ὅν ἐν τῇ πόλει καὶ παρῶν, ταῦτ' ἐγραφε; ubi Schaefer παρῶν explicat praesens in concione. Wyttenb. ad Plutarch. de ser. num. vind. p. 36. — ἀνάγκη μᾶλλον ἢ ἀληθείᾳ. Cf. §. 5.

§. 44. ἔτι ἐγρηγορότων vernac. als man noch wach war. Thuc. 4, 135. εὐθύς αἰσθομένων. Andoc. in Alcib. §. 3. διαψηφισαμένων κριβδῆν. Dem. Mid. §. 13. κληρουμένων.

§. 45. καὶ μὴν πολλῷ πλέον γε ἀγροεῖν ἔστι νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν κτλ. i. e. atque multo facilius erratur s. imprudentia peccatur noctu quam de die, in littore quam in urbe. Haec verba ita opponi iis, quae praecesserunt, ut verba καὶ μὴν ἔτι ἐγρηγορότων κτλ. objiciuntur sententiae praegressae, atque explicari amplificarique verbis ἢ δοκεῖ ἂν ὑμῖν κτλ. in aperto positum est. Quam ob rem jure ea verba e §. 44. huc transtuli: vid. ann. crit. Neque enim audiendus est Dobreus qui πλέον accipiens pro χαλεπώτερον, „Per silentia noctis, inquit, in deserto littore vel minimus exauditur strepitus.“ Quod ne verum quidem est, undarum strepitu vel clamores hominum obscurante. — Thomae vero praeceptis repugnant haec νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν Thom. M. p. 250. R. νυκτὸς καὶ ἡμέρας Ἀττικοὶ λέγουσιν — τὸ δὲ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀπλῶς Ἕλληνες. Quem refellunt Eurip. Bacch. 458. Lys. adv. Sim. §. 34. Aeschin. de f. leg. §. 125. 151. in Ctes. §. 77. Dem. in Timocr. §. 113. Plat. Legg. I. p. 633.

II. p. 674. VI. p. 779. IX. p. 854. — οἶός τ' ἐγένετο. Cave cum Dobreo ἂν particulam adjicias: quam e praegressis huc quoque possis referre. Bremi. ad Aesch. in Ctes. §. 217. n. cr. Sed potest accipi aoristus de re fieri solita. — ἔνδον ὦν αὐτοῦ καὶ μὴ πεφοβημένος. Alterum membrum alterius explicationi inservit: ceterum conf. Eurip. Heracl. 709. σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὦν. Magis usitatum est in prosa oratione ἐν τὸς ἑαυτοῦ εἶναι Dem. adv. Phorm. §. 20. 35. 49. Quibus opponitur τὸ ἔξω ἑαυτοῦ εἶναι, ἐξίσασθαι, ἐξάνίσασθαι. Dem. de f. leg. §. 198. Valck. ad Herod. 3, 155. Pflugk. ad Soph. Philoct. 365. sq.

§. 46. ὃ δὲ καὶ μάλις α δεῖ ἐνθυμεῖσθαι — καὶ μὴ μοι ἄχθεσθε κτλ. Inchoatam constructionem non absolvit orator sed infra resumit orationem verbis μὴ οὖν ἐξέληται τοῦτο ὑμῶν μηδεὶς in quibus οὖν inservit ἀνακεφαλαιώσει. Cf. Aeschin. de f. leg. §. 22. — καθ' ὅτι δ' ἂν i. e. in so weit nämlich. Δὲ particula neminem hodie offendet: vid. Hartung. de partt. I. p. 167. — καὶ διετέλναντο αὐτὸν μὴ εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς. Huc pertinet Harpocratonis locus διετέλνοντο· ἰδίως Ἀντιφῶν τοῦτ' ἔταξεν ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου, ἀντὶ τοῦ διὰ συντόνου σπουδῆς ἀπηρνήσαντο. Quem sequuti sunt alii lexicographi: vid. ann. crit. Διετέλναντο apud hos librariorum oscitatione in διετέλνοντο mutatum esse arguit verbum ἀπηρνήσαντο. Ipsa vero interpretatio minime arridet: nihil enim aliud h. l. διατέλεισθαι est quam *enixe operam dare*. — μηδ' ἐμοὶ ἐγγενέσθαι παρόντι ἄξαι τὸν ἄνδρα καὶ βασάνισαι αὐτόν. Nihil in his est a re absonti: quamquam et universa et singula verba in criticorum incurrerunt reprehensionem. Παρῶν enim recte is videtur dici, in cujus oculis aliquis versatur: porro ἄξαι ne ab Atticorum sermone abjudicetur impedimento est gravissimorum testium Thucydidis, Xenophontis, Aristophanis auctoritas: vid. Lobeck. ad Phryn. p. 287. coll. 735. Matth. gr. I. p. 521. sq. ed. 3. Neque ineptum, id quod contendit Dobreus, est verbum ἄξαι; de eo enim usurpatur qui alterius servum torquendum accipit atque ad rotam adigit. Cf. Aristoph. Ran. 586. Both. οὕτω δὲ βασάνις ἀπαγαγών. De re conf. M. et Sch. Att. Proc. p. 682. sq. c. n. 80.

§. 47. προιάμενοι τὸν ἄνδρα Hominem ab hero suo, quisquis ille fuit, emtum intelligo, non pecunia corruptum. — ἰδίᾳ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν i. q. suopte arbitrio, sua auctoritate interfecerunt hominem. Quam dominorum saevitiam expertos esse

servos, ne torti res gestas aperirent, alii quoque scriptores testantur. Lys. in Andoc. §. 21. sq. De loquendi forma vid. Schaeff. App. IV. 147. Stallbaum ad Plat. Alcib. I. p. 114. B. Dobr. Adverss. I. 2, p. 474. — ἢ τοῖς φίλοις τοῖς ἐμοῖς ἐξεγγυῆσαι i. e. amicis meis fidejumentibus tradere, sich von meinen Freunden für ihn Bürgschaft leisten lassen, ut ἐξεγγυᾶν prorsus idem sit h. l. quod διεγγυᾶν apud Isocr. Trapez. 14. διεγγυῶντος γὰρ Μενεξένου πρὸς τὸν πολέμαρχον τὸν παῖδα, Παισίων αὐτὸν ἐπὶ τὰ ταλάντων διεγγυήσατο. Ceterum de hoc verbo v. M. et Sch. Att. Proc. p. 521. Schöm. ad Isae p. 294. — καταγρόντες τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός. Articulo τὸν utitur de re iudicibus nota loquens. De verborum structura cf. §. 70. Hermann. ad Lucian. de conscr. hist. p. 167. Schöm. ad Isae. p. 483. Matth. gr. §. 387. — ὃ οὐδὲ πόλει ἔξισιν ἄνευ Ἀθηναίων οὐδένα θανάτῳ ζημιῶσαι. De verborum structura adi §. 4: πόλει i. q. patriae, Mytilenis: creberrime enim, ubi de sua patria loquuntur cives, articulum ante hoc nomen omittunt. Schaeff. ad Soph. Oed. T. 630. Foertsch. Comm. crit. p. 18. Dobr. Adverss. II. p. 260. ἄνευ Ἀθηναίων i. e. insciis atque invitis Atheniensibus. Thuc. 2, 70. 72. 4, 78. 5, 28. Xenoph. Hell. 3, 4, 26. Ducker. ad Thucyd. 4, 78. De re quam tangit orator vide Boeckh. Staatsh. I. p. 436. Heffter. Ath. Ger. p. 86. — καὶ τῶν μὲν ἄλλων λόγων . . τῶν δὲ ἔργων. Cur ab hoc loco alienum judicaverit ἄλλων doctissimus Anglus, non perspicio. Antipho: Ceterorum enim, inquit, omnium, verba dico servi, hos aestimatores esse voluistis, factorum ipsi iudices estis. Qui Graecismus ab Homeri fonte derivatus atque ad omnes omnino recentiorum temporum scriptores deductus est. Vid. Passov. ad Parthen. p. 50. Stallbaum. ad Plat. Phaedr. p. 232. E. Fritzsche Quaestt. Lucian. p. 54. sq. atque ipsius Dobrei Adverss. I. 1, p. 25.

§. 48. ἀλλὰ παραδιδόασιν αὐτοὺς sc. οἱ προσήκοντες. Vid. M. et Sch. Att. Proc. p. 558. Aliter de servo qui dominum interfecisset statuit Plato. Legg. IX. p. 868. — εἶπερ γὰρ καὶ μαρτυρεῖν ἔξισι δούλῳ κατὰ τοῦ ἐλευθέρου τὸν φόνον καὶ κτλ. Reiskius, virgula post ἐλευθέρου posita locoque suo mota vocula καί, proposuit καὶ τὸν φόνον κτλ. Qui si aut minus recte μαρτυρεῖν τὸν φόνον dici, aut ἐπεξέχεσθαι objecto non posse carere putavit, vehementer erravit: utrumque enim Grae-

corum fert consuetudo. Cf. Ind. Dem. v. μαρτυρεῖν. Schöm. ad Isae. p. 332. et quae dixi de verbi ἐπεξέρχασθαι usu ad I. §. 1. Platnerus Proc. u. Klag. I. p. 215., quum servis jure Attico non licere videatur dicere testimonium, verbum μαρτυρεῖν non de *testimonio* sed de *indicio* ad iudices delato positum esse vult. Neque tamen quidquam obstare videtur quominus in caedis causa etiam servo licuisse putemus testimonium dicere: quod Plato quoque servo concedit. Legg. XI. p. 937. nost. I. §. 30. M. et Sch. Att. Proc. p. 667. — καὶ ἡ ψῆφος ἴσον δύναται τῷ δοῦλον ἀποκτείναντι καὶ τῷ ἐλεύθερον. Possunt haec verba aut de iudicum auctoritate, aut de poenae severitate pariter ad utrumque pertinente accipi. Ac de poena quidem testis est Lycurgus §. 65. ἐκεῖνοι, veteres legum latores, οἱ — τὸν μὲν οἰκέτην ἀποκτείναντα ἀργυρίῳ ἐζημίουν, τὸν δὲ ἐλεύθερον εἰργον τῶν νόμων, ἀλλ' ὁμοίως ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς ἐλαχίστοις παρανομήμασι θάνατον ὄρισαν εἶναι τὴν ζημίαν, atque φόνου γραφὴν servi dominum interfectori potuisse intendere constat. M. et Sch. Att. Proc. p. 558. Sed iudicum potissimum auctoritatem respexisse oratorem totius loci comparatio docet. — πολλῶ ἂν δικαιότερον ὑμεῖς κρίνοισθε i. e. reorum partes sustineretis. Cf. IV. a. §. 1.

§. 50. τῷ διὰ τέλους... ἀεὶ λέγοντι. Neque ingrata est quae hic deprehenditur abundantia, usuque trita. Thuc. 2, 85. καθ' ἡμέραν ἐκάστην — ἀεὶ. Xenoph. Hell. 1, 4, 15. ἀεὶ καθ' ἐκάστην ἡμέραν. Dem. de cor. §. 273. ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀπίσταις ἀεὶ. adv. Lept. §. 142. διὰ παντός ἀεὶ τοῦ χρόνου. Plat. Phaed. p. 75. D. ἀεὶ διὰ βλου. Legg. II. 664. ἀεὶ διὰ βλου παντός. Protag. p. 318. A. ἐκάστης ἡμέρας ἀεὶ. Schaef. Greg. Cor. p. 169. App. III. p. 265. Stallbaum ad Plat. Phileb. p. 21. B.

§. 51. ἔπειτα δέ. Cf. §. 16. — καὶ μὲν δὴ τὰ ἐξ ἴσου γενόμενα κτλ. Cf. Aristoph. Ran. 640. Schol. ὅταν γὰρ ἴσαι γένωνται αἱ ψῆφοι ἀπολύεται ὁ κατηγορούμενος κτλ. Aristot. Rhet. ad Alex. 19. τὸν μὲν νομοθέτην τάξαι τῶν ψήφων ἴσων γενομένων τὸν φεύγοντα νικᾶν — κἀκεῖνον μὲν διὰ τὸ μᾶλλον κινδυνεύειν τοὺς φεύγοντας ἀπονεῖμαι ταύτην τὴν πλεονεξίαν αὐτοῖς ἐν ταῖς ψήφοις κτλ. Problem. 29, 13. 15. Aeschin. in Ctes. §. 252. Aristid. Minerv. p. 21. Dind. M. et Sch. Att. Proc. p. 722. Hermann. gr. Staatsalt. §. 143. Ottfr. Müller. Anh. z. Aeschyl. Eumen. p. 40. Propter imparem iudicum, qui in heliasticis sedebant iudiciis,

numerum in horum dicasteriis parem unquam utrimque calculorum fuisse numerum negat Heffterus Att. Ger. p. 330. Quamquam unius vel paucorum absentia in causa esse poterat ut pares utrimque redderentur calculi: neque a vero videntur aberrare qui iudices dubitantes atque in neutram partem inclinantes utramque tabellam in urnam ἀκυρον immisisse putent. Atque constat ea, quam Antiphio affert, lege ab heliasticis iudicibus absolutum esse Leocratem. Cf. Aeschin. in Ctes. §. 252. schol. p. 269. ed. Bekk. et Bremi ad h. l.

§. 52. Ἡ μὲν βάσανος. Μὲν particulam refer ad δὲ §. 53. φασὶ δὲ κτλ. Quod contendit reus se potuisse et ingenuum hominem et servum (qui ipsius rei non videtur servus fuisse, cf. §. 47.) Aenum aut in Asiam, εἰς τὴν ἡπειρον, (Stallbaum. ad Plat. Charm. p. 157. E.) abducere, suspicor utrumque eo tempore mercede fuisse conductum a reo. Neque enim invitos, opinor, vi adhibita poterat quo vellet ducere. Ceterum vid. ann. ad §. 29.

§. 53. γραμματίδιον. Bekkerus hic et infra γραμματεῖδιον et γραμματεῖον scripsit, quo vereor ut opus sit. Cf. Lehmann. ad Lucian. Hermetim. c. 57. Neque scio an ironia atque derisione non caraat hoc loco nomen deminutivum. — ὁ ἔπεμπον ἐγὼ κτλ. Res eventu caruit. Cf. §. 37. De Lycino uberius agit §. 60. sq. — ὡς ἀποκτείναιμι. De breviloquentia hac vide ann. ad §. 27. — ὡσε τοῦτο μὲν σαφέστερον αὐτοῖς ἔμελλεν ἐρεῖν κτλ. Verba ᾧ γε — αὐτὸς horum loco ὡσε — αὐτοῖς a viris doctis proposita sunt in plurali αὐτοῖς offendentibus, quum de uno Lycino ageretur. Nam ὡσε recte inferri, quum conclusionis e praegressis effectae haec speciem prae se ferant, quis est quin videat? Neque vero haerendum in plurali. Consocios consilii cogitatione complecti nostrum existimo. Cf. Lys. in Eratosth. §. 62. καὶ μηδενὶ τοῦτο παρασῆ ὡς Ἐρατοσθένους κινδυνεύοντος Θηραμένους κατηγορῶ. πυνθάνομαι γὰρ ταῦτα ἀπολογήσασθαι αὐτὸν ὅτι ἐκείνοις φίλος ἦν, ubi praeter Theramenem eos intelligas necesse est, qui eadem sentiebant.

§. 54. ἔπειτα δέ. Cf. §. 16. — ὅτι μὲν μικρὸν εἴη προᾶγμα. Verbi primarii modum sequitur enuntiatio relativa, ut §. 65. 92. VI. §. 30. Matth. gr. §. 527. β. — τοῦτο μὲν κτλ. Particulam μὲν in uno Oxoniensi inveni: quae ab Antiphontis consuetudine minime abhorret. Cf. IV. β. §. 2. — τῷ μὴ δια-

μνημοπεύειν. Ad causam haec pertinent: vid. §. 8. — *διαφέρων ἦν . . διάφορος δ' κτλ.* Nimium, opinor, verborum concinnitati tribueret, si quis *διαφέρων* cum viris doctis in *διάφορον* mutaret. Cf. Hom. II. 14, 12. *σάκος εἶλε — εἶλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος*. Andoc. de myst. §. 4. *ὃ ἔξεσι μὲν — ἔσι δέ.* — *αὐτὸς ἔφη ἀποκτεῖναι*. Haec ex adversariorum mente dicit, qui servum in quaestione id ipsum edixisse asseverabant. Quamquam hoc secus esse reus non semel affirmat §. 37. 39. 42.

§. 55. *ὁ πρότερος βασανισθεὶς ἰ. e. homo ingenuus*: cf. §. 30. De adjectivo *πρότερος* in cuius locum vulgatam *πρότερον* erunt qui substituendam putent cf. §. 56. et ann. ad IV. α. §. 2.

§. 56. *ἀπὸ πρώτης*. Thucyd. 1, 77. Bernhardy. Synt. p. 224.

§. 57. *Τίλος γε δὴ ἔνεκα . . ἀπέκτεινα*; Cave *ἀν* particulam huic loco obtrudas: loquitur reus ita ut ponat se occidisse hominem. — *καὶ τίς πώποτε κτλ.* Adversativam *καὶ* particulae vim nemo non sentit. Quod genus tragici poetae et oratores maxime frequentant. Isocr. Panath. §. 23. de perm. §. 218. 223. Trapez. §. 47. Isae. de Cleon. h. §. 20. de Aristarch. h. §. 13. etc. Dobr. Adverss. I, 1, p. 344. Apitz. ad Eurip. Phoen. p. 174. — *τὴν πρόνοιαν ἐκ πολλῶν φανερὰν εἶναι ἐπιβουλευομένην ἰ. e. e multis constare indiciis, alterius vitae ab altero insidias comparari*: ut recte locum interpretatur Reiskius. *Τὴν πρόνοιαν — ἐπιβουλευομένην* posuit pro *τὴν πρόνοιαν — προνοουμένην* in quo nemo offenderet.

§. 58. *ἀλλὰ δείσας περὶ ἑμαυτοῦ κτλ.* scil. *ἀπέκτεινα τὸν ἄνδρα*. Haec quoque ex adversariorum mente dicta sunt: quae refelluntur verbis *ἀλλ' οὐδέν μοι κτλ.* Post haec novum infertur adversariorum argumentum, quod diluitur verbis *ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτῷ κτλ.* Jure me cum Dobreo haec *ἀλλὰ χρήματα — αὐτῷ* loco non suo movisse atque post *εἰς αὐτὸν* collocasse ipse sententiarum nexus declarat: vid. ann. crit. Verbis *οὐδέν μοι τοι-οὔτον ὑπῆρκετο εἰς αὐτὸν* orator indicat, non se priorem ejusmodi injurias obtulisse Herodi, quas eo modo debuisset ulcisci. Aristoph. Lysistr. 1087. *τί δῆθ' ὑπηργμένων γε πολλῶν κάγαθῶν μάχεσθε*; ubi schol. *τὰ ὑπηργμένα λέγεται τὰ προκαταρξάμενα, τὰ πρότερον ἀρξάμενα, εἴτε εὐεργετήματα εἴτε καὶ κακουργήματα ὧν τὴν ἀμοιβὴν ἀμελβεσθαι φιλοῦμεν*. Aeschin. de f. leg. §. 109. Dem. adv. Timoth. §. 25. Dem. de f. leg. §. 280.

§. 59. ἀλλὰ σοὶ μᾶλλον . . . μᾶλλον ἢ σὺ ἐμοὶ κτλ. Iteratum μᾶλλον non displicet propter longius intervallum quod inter utrumque est interjectum. Similis est Platonis locus de rep. I. p. 346. B. οὐδέν τι μᾶλλον — ἕνεκα τούτου καλεῖς μᾶλλον αὐτὴν ἰατρικήν; — μετὰ τῆς ἀληθείας ἀναθεῖναι. Cf. An- doc. de myst. §. 55. νῦν γὰρ ἐμὲ μὲν λόγον δίδόναι τῶν ἐμοὶ πε-πραγμένων μετὰ τῆς ἀληθείας. Dem. adv. Phorm. §. 48. ὅσα μὲν εἶπε μετὰ τῆς ἀληθείας. — ἢ σὺ ἐμοὶ ἐκείνον i. e. ἢ σὺ ἔχεις ἂν ἐμοὶ ἀναθεῖναι ταύτην τὴν πρόφασιν ὅτι χρημάτων ἕνεκα ἐκείνον ἀπέκτεινα. Cf. Xenoph. Cyrop. 1, 3, 6. — ἀλοῖης σὺ φόνου κτλ. Pro σὺ in codd. est τοῦ, in vulg. ante Bekk. σὺ τοῦ. Neutrum probo. Neque enim articulus ferri posse vi- detur, neque abesse pronomen personale propter opposita. — ἐμὲ ἀποκτείνεας i. e. si in hoc iudicio causa mihi mortis ex- stitisses. Cf. IV. α. §. 2. — ἐγὼ μὲν γὰρ κτλ. i. e. ego enim argumentis ostendo te capiti meo insidias struere, contra tu su- spicionibus obscuris, quas argumentis nequaquam potes probare, mortem mihi studeas inferre. Cf. §. 57. ann. ad IV. γ. §. 7. et de ἐν praepositione ann. ad I. §. 8.

§. 60. Ταῦτα μὲν ὑμῶν λέγω ὡς αὐτῷ μοι πρόφασιν οὐδεμίαν ἔχει ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα. Breviloquentia qua- dam utitur. Haec hactenus, inquit, apud vos disputavi, ut vobis probarem, prorsus nullam mihi esse caedis causam. Conf. Plat. Protag. p. 323. C. ὅτι μὲν οὖν πάντ' ἄνδρα εἰκότως ἀποδέχον-ται περὶ ταύτης τῆς ἀρετῆς σύμβουλον — ταῦτα λέγω, κτλ. Adde Phaed. p. 69. D. extr. Neque enim vereor ne quis verba ita struenda esse opinetur λέγω μὲν ὑμῶν ὡς ταῦτα (τὰ λεγόμενα §. 57 — 59) αὐτῷ μοι πρόφασιν οὐδεμίαν ἔχει. Ceterum de forma enclitica μοι vid. n. ad §. 13. — ὑπὲρ αὐτοῦ i. q. ὑπὲρ ἐμαυ- τοῦ. Cf. III. δ. §. 1. — ταῦτ' ὑπῆρχεν αὐτῷ εἰς ἐκείνον ἄπερ ἐμοὶ i. q. er verhielt sich zu ihm wie ich. Praepositio- nis εἰς in hac loquutione locum plerumque obtinet particula πρὸς. Lys. in Eratosth. §. 23. νῦν δὲ οὔτε πρὸς τὴν πόλιν αὐτοῖς τοῖς αὐτὰ ὑπάρχει οὔτε πρὸς ἐμέ. de bon. Nic. fr. §. 6. τοιαῦτα ἐνό- μιζε τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ πρὸς τὸ ὑμέτερον πλήθος εἶναι καὶ διὰ τοὺς προγόνους καὶ αὐτὸν, ὥς οὐκ ἂν ποθ' ἐτέρας ἐπιθυμῆσαι πολιτείας. — διέφρευγεν. Possis cogitatione tacita iterare ἂν particulam quae in praegressis est: neque tamen hoc necessario fit: potest reus rem factam fingere. Cf. Dobr. Adverss. ad h. l.

μνημονεύειν. Ad causam haec pertinent: vid. §. 8. — *διαφέρων ἦν . . . διάφορος δ' κτλ.* Nimium, opinor, verborum concinnitati tribueret, si quis *διαφέρον* cum viris doctis in *διάφορον* mutaret. Cf. Hom. II. 14, 12. *σάκος εἶλε — εἶλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος*. Andoc. de myst. §. 4. *ὧ' ἔξεσι μὲν — ἔσι δέ.* — *αὐτὸς ἔφη ἀποκτεῖναι*. Haec ex adversariorum mente dicit, qui servum in quaestione id ipsum edixisse asseverabant. Quamquam hoc secus esse reus non semel affirmat §. 37. 39. 42.

§. 55. *ὁ πρότερος βασανισθεὶς ἰ. e. homo ingenuus: cf. §. 30.* De adjectivo *πρότερος* in cuius locum vulgatam *πρότερον* erunt qui substituendam putent cf. §. 56. et ann. ad IV. a. §. 2.

§. 56. *ἀπὸ πρώτης*. Thucyd. 1, 77. Bernhardy. Synt. p. 224.

§. 57. *Τίνος γε δὴ ἔνευα . . . ἀπέκτεινα;* Cave *ἄν* particulam huic loco obtrudas: loquitur reus ita ut ponat se occidisse hominem. — *καὶ τίς πώποτε κτλ.* Adversativam *καὶ* particulae vim nemo non sentit. Quod genus tragici poetae et oratores maxime frequentant. Isocr. Panath. §. 23. de perm. §. 218. 223. Trapez. §. 47. Isae. de Cleon. h. §. 20. de Aristarch. h. §. 13. etc. Dobr. Adverss. I, 1, p. 344. Apitz. ad Eurip. Phoen. p. 174. — *τὴν πρόνοιαν ἐκ πολλῶν φανεράν εἶναι ἐπιβουλευομένην ἰ. e. e multis constare indiciis, alterius vitae ab altero insidias comparari; ut recte locum interpretatur Reiskius. Τὴν πρόνοιαν — ἐπιβουλευομένην* posuit pro *τὴν πρόνοιαν — προνοουμένην* in quo nemo offenderet.

§. 58. *ἀλλὰ δέισας περὶ ἑμαντοῦ κτλ.* scil. *ἀπέκτεινα τὸν ἄνδρα*. Haec quoque ex adversariorum mente dicta sunt: quae refelluntur verbis *ἀλλ' οὐδέν μοι κτλ.* Post haec novum infertur adversariorum argumentum, quod diluitur verbis *ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτῷ κτλ.* Jure me cum Dobreo haec *ἀλλὰ χρήματα — αὐτῷ* loco non suo movisse atque post *εἰς αὐτὸν* collocasse ipse sententiarum nexus declarat: vid. ann. crit. Verbis *οὐδέν μοι τοιοῦτον ὑπῆρχτο εἰς αὐτὸν* orator indicat, non se priorem ejusmodi injurias obtulisse Herodi, quas eo modo debuisset ulcisci. Aristoph. Lysistr. 1087. *τί δῆθ' ὑπηργμένων γε πολλῶν κάγαθῶν μάχεσθε;* ubi schol. *τὰ ὑπηργμένα λέγεται τὰ προκαταρξάμενα, τὰ πρότερον ἀρξάμενα, εἴτε εὐεργετήματα εἴτε καὶ κακουργήματα ὧν τὴν ἀμοιβὴν ἀμελβεσθαι φιλοῦμεν.* Aeschin. de f. leg. §. 109. Dem. adv. Timoth. §. 25. Dem. de f. leg. §. 280.

§. 59. ἀλλὰ σοὶ μᾶλλον .. μᾶλλον ἢ σὺ ἐμοὶ κτλ. Iteratum μᾶλλον non displicet propter longius intervallum quod inter utrumque est interjectum. Similis est Platonis locus de rep. I. p. 346. B. οὐδέν τι μᾶλλον — ἕνεκα τούτου καλεῖς μᾶλλον αὐτὴν ἰατρικὴν; — μετὰ τῆς ἀληθείας ἀναθεῖναι. Cf. Andoc. de myst. §. 55. νῦν γὰρ ἐμὲ μὲν λόγον δίδοναι τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων μετὰ τῆς ἀληθείας. Dem. adv. Phorm. §. 48. ὅσα μὲν εἶπε μετὰ τῆς ἀληθείας. — ἢ σὺ ἐμοὶ ἐκεῖνον. i. e. ἢ σὺ ἔχεις ἂν ἐμοὶ ἀναθεῖναι ταύτην τὴν πρόφασιν ὅτι χρημάτων ἕνεκα ἐκεῖνον ἀπέκτεινα. Cf. Xenoph. Cyrop. 1, 3, 6. — ἀλοίης σὺ φόνου κτλ. Pro σὺ in codd. est τοῦ, in vulg. ante Bekk. σὺ τοῦ. Neutrum probo. Neque enim articulus ferri posse videtur, neque abesse pronomen personale propter opposita. — ἐμὲ ἀποκτεῖνας i. e. si in hoc iudicio causa mihi mortis existitisses. Cf. IV. α. §. 2. — ἐγὼ μὲν γὰρ κτλ. i. e. ego enim argumentis ostendo te capiti meo insidias struere, contra tu suspicionibus obscuris, quas argumentis nequaquam potes probare, mortem mihi studes inferre. Cf. §. 57. ann. ad IV. γ. §. 7. et de ἐν praepositione ann. ad I. §. 8.

§. 60. Ταῦτα μὲν ὑμῖν λέγω ὡς αὐτῷ μοι πρόφασιν οὐδεμίαν ἔχει ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα. Breviloquentia quadam utitur. Haec hactenus, inquit, apud vos disputavi, ut vobis probarem, prorsus nullam mihi esse caedis causam. Conf. Plat. Protag. p. 323. C. ὅτι μὲν οὖν πάντ' ἄνδρα εἰκότως ἀποδέχονται περὶ ταύτης τῆς ἀρετῆς σύμβουλον — ταῦτα λέγω, κτλ. Adde Phaed. p. 69. D. extr. Neque enim vereor ne quis verba ita struenda esse opinetur λέγω μὲν ὑμῖν ὡς ταῦτα (τὰ λεγόμενα §. 57 — 59) αὐτῷ μοι πρόφασιν οὐδεμίαν ἔχει. Ceterum de forma enclitica μοι vid. n. ad §. 13. — ὑπὲρ αὐτοῦ i. q. ὑπὲρ ἐμαυτοῦ. Cf. III. δ. §. 1. — ταῦτ' ὑπῆρχεν αὐτῷ εἰς ἐκεῖνον ἄπερ ἐμοὶ i. q. er verhielt sich zu ihm wie ich. Praepositionis εἰς in hac loquutione locum plerumque obtinet particula πρὸς. Lys. in Eratosth. §. 23. νῦν δὲ οὔτε πρὸς τὴν πόλιν αὐτοῖς τοιαῦτα ὑπάρχει οὔτε πρὸς ἐμέ. de bon. Nic. fr. §. 6. τοιαῦτα ἐνόμιζε τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ πρὸς τὸ ὑμέτερον πλῆθος εἶναι καὶ διὰ τοὺς προγόνους καὶ αὐτὸν, ὥς οὐκ ἂν ποθ' ἐτέρας ἐπιθυμῆσαι πολιτείας. — διέφρευγεν. Possis cogitatione tacita iterare ἂν particulam quae in praegressis est: neque tamen hoc necessario fit: potest reus rem factam fingere. Cf. Dobr. Adverss. ad h. l.

§. 61. ἐν ἀγῶνι κατασῆσαντι. Orator qui cum verbi καθιστάναι perfecto atque aoristo secundo copulare solet εἰς (II. γ. §. 1. V. §. 8. 19.), hic cum aoristo activum significatum assumente ἐν jungit. Quod genus etiam in Attico scriptore ferri posse docebunt Krüger. ad Dionys. Hist. p. 302. Bernhardy. Synt. p. 208. — εἶπερ προωφείλετο αὐτῷ κακόν i. e. siquidem illi malum debebat. Dobrei conjecturae προώφειλέ τι favent Aristoph. Vesp. 3. κακὸν ἄρα ταῖς πλευραῖς τι προῦφείλεις, Eurip. Iph. T. 474. καὶ μοὶ γὰρ τι προῦφείλει κακόν. Sed tuetur nostrum locum Dem. in Mid. §. 77. οὐδένα ἂν ἄνθρωπον οὕτως ἀσελγῶς καὶ βιαίως οὐδενὶ τῶν πολιτῶν χρῆσασθαι μὴ μεγάλου τινοῦς ὄντος ὃ αὐτῷ προωφείλετο. Possis suspicari oratorem scripsisse προωφειλέτο τι κτλ. Passovius verbum apud Antiphontem designare contendit *längst von einem Strafe verdienen*. Qui in eo videtur falsus esse quod diurnitatis adjecit notionem. — τῇ πόλει... χάριν καταθέσθαι i. e. beneficio obstringere rempublicam, gratiam a civibus inire. Thuc. 1, 33. Dem. de f. leg. §. 240. in Neacr. §. 21. Aeschin. in Ctes. §. 42. Idem est χάριν τίθεσθαι Dem. de cor. §. 17. Lycurg. §. 148. Sortis enim instar esse solet beneficium foenore datae vel certe depositae. Wessel. ad Diod. Sic. 4, 1. Dorvill. ad Char. p. 409. Goeller. ad Thuc. 2, 40. — οὐδ' ἦλθεν ἐπὶ τοῦτον. Ex optimo codice rescripsi τοῦτον pro τοῦτο: neutro enim genere admissio tantum non eadem sententia bis expressa erit. Ἐρχεσθαι ἐπὶ τινα dictio est in jure Attico crebra. Isocr. Trapez. §. 46. adv. Euthyn. §. 5. 8. 9. 10. Ind. Dem. v. ἐρχεσθαι. 2. Neque οὗτος de mortuo positum quidquam absoni habet (vid. ann. ad IV. δ. §. 3.): nec denique qui modo κεῖνος dictus est non potest οὗτος dici. Cf. §. 32.

§. 62. Ἀλλὰ γὰρ — Usurpantur hae particulae ubi occupatur id quod ab altero objici posse videtur. Quamquam hoc loco adversario tribuuntur quae ineptissima esse patet. Utitur enim reus acerba accusatorum derisione. — ἐνταῦθα... ἐν ᾧ. Lys. de ol. sacr. §. 7. τότε — ἐν ᾧ. in Agor. §. 93. γυνὴ ἐν ᾧ. Goeller. ad Thucyd. 3, 84. — ἔπειτα δ'. Cf. §. 16. — εἶμι γὰρ καὶ ἐπὶ τὸν τῶν κατηγορῶν λόγον i. e. jam venio ad ipsa accusatorum verba. In praegressis enim sua ironia non istorum verbis usus erat.

§. 63. ἐαυτὸν οὐδ' ὑπερήμερον γενόμενον ἐπὶ τὰ μνηῶν

δικαστὸς ἦν λύσασθαι. Ὑπερήμερος in universum est is qui die statuto non solvit pecuniam debitam. M. et Sch. Att. Proc. p. 508. Rem, quam obiter tangit reus, ex Attici fori usu explicantes aut privato obaeratum Lycinum, quum bona ejus post adhibitam actionem iudicati aut unde vi vendita ad solvendum debitum non suffecissent, in vincula conjectum esse statuamus oportet cum Meiero de bon. damn. p. 28., aut quod aerarii tardum se gereret debitorem in carcerem abductum esse. Heffter. Ath. Ger. p. 203. 456. Quamquam vix poterit ad liquidum perducī, utrum hic de Lesbio jure an de Attico agatur. — τῆς χρείας τῆς ἐμῆς καὶ τῆς Λυκίνου . . τεκμήριόν ἐστιν ὅτι οὐ σφόδρα ἐχρώμενη ἐγὼ Λυκίνῳ. De iterato articulo vid. n. ad I. §. 21. Enuntiatum vero hoc ὅτι οὐ σφ. κτλ. praegressae sententiae subjectum compares cum §. 83. ἃ ἐγὼ ἀξιῶ μέγала τεκμήρια εἶναι τῆς αἰτίας ὅτι οὐκ ἀληθῆ μου οὔτοι κατηγοροῦσι. Quod genus fluxit ex ea attractionis ratione, quam tangit Matth. gr. §. 296. extr. Adde Lys. adv. Philocr. §. 1. δοκεῖ εἶναι τεκμήριον τῆς ἀπογραφῆς ὅτι ἀληθῆς οὐσα τυγχάνει. Lycurg. §. 90. τοῦ πράγματός ἐστι σημεῖον ὡς οὐ πεποιήκασι. Aristot. Rhet. 3, 17. τεκμήρια γὰρ ταῦτα φαίνεται καὶ τῶν ἄλλων ὅτι ψεύδεται. Ad sententiam cum nostro compares velim Lys. pro Polylstr. §. 12. καὶ ὅτ' ἐξέτινε τῷ δημοσίῳ οὐκ εἰςήνεγκεν αὐτῷ τὸ ἀργύριον· καίτοι ἐν τοῖς τριούτοις μάλιχα δηλοῦσι οἱ ἂν φίλοι ὦσι. — ὡς πάντα ποιῆσαι. Cf. I. §. 28. — ἀπέτισα ὑπὲρ αὐτοῦ. Adscivi ὑπὲρ pro vulg. περί: vid. ann. crit.: numquam enim περί est idem quod ὑπὲρ, etsi saepissime utramque praepositionem ferunt orationis leges. Atque crebro confusas eas esse a librariis notum est. Cf. Isae. de Pyrrh. h. §. 55. Dem. in Néaer. §. 110.

§. 64. περί τούτου αὐτοῦ. Immerito tentant αὐτοῦ: de hac ipsa re, inquit, quae maximi momenti est, ὅτι ἀφανῆς ἐστιν ὁ ἀνήρ. — πύθονται. V. ann. ad I. §. 25.

§. 65. ἐμοὶ μὲν γὰρ τῷ μὴ ἐιργασμένῳ κτλ. Exspectes τῷ οὐκ ἐιργασμένῳ quum de uno eoque certo homine, qui non commisit facinus, agat orator. Aliud enim dicunt verba τῷ μὴ ἐιργασμένῳ, quae infra posita sunt, universum illa quidem genus designantia conditionisque notionem capientia. Verum non abhorret a Graecorum usu μὴ particula cum participio copulata, ubi causa affertur. Quod genus injuria a multis in dubium vo-

catum est. Cf. nost. II. β. §. 4. ἄθλια μὲν οὖν πάσχω μὴ ἀπολογεῖσθαι μόνον βιαζόμενος. Xenoph. Cyrop. 6, 3, 15. οἱ δ' ἄλλοι, ὡσπερ εἰκός, μὴδὲν εἰδότες ἐκπεπληγμένοι. Exemplorum copiam dabit Gayler. Particul. graec. serm. p. 279. quamquam vir doctus diversorum generum exempla confudit. Eodem pertinet μὴ in sententiis relativis causae notionem comprehendentibus. Cf. nost. §. 66. μὴ τολύων ἐμοὶ νείμητε τὸ ἄπορον τοῦτο ἐν ᾧ μὴδ' ἂν αὐτοὶ εὐπορεῖτε. VI. §. 42. ἦντινα (δίκη) οὖν μῆτε εἰσάγειν μῆτε παραδοῦναι ἐξῆν αὐτῶ, οὐδ' ἀπογράφεσθαι ἤξιον. Sophocl. Oed. Tyr. 788. τίς τοῦδ' ἄνδρός ἐστιν ἀθλιώτερος — ᾧ μὴ ξένων ἕξει μὴδ' ἄζων τινὰ δόμοις δέχεσθαι, μὴδὲ προσφωνεῖν τινὰ κτλ. Cujus idiomatis permulta exempla conguessit idem Gaylerus p. 249. sq. — καὶ μὴ ἀποδείξαντι κτλ. i. e. et si docere nolit sollerter conjectare poterit. Ad εὐ εἰκάσαι e praegressis ῥαδίαι ἐστὶν possis assumere ῥαδίον ἐστιν, sed sufficit verbum ἐστιν, quod in altero enuntiato copulae, in altero verbi ἕξει vim habet. Simile zeugma non respuit Lycurg. §. 13. οὕτω γὰρ ἕσαι — ἄνευ διαβολῆς ὁ ἀγών, καὶ τοῖς διώκουσιν ἡμῖς σκωφαντεῖν scil. ἕξαι. Bremi. excurs. III. ad Lys. oratt. p. 437. — οἱ μὲν γὰρ πανουργοῦντες κτλ. Cf. Dem. adv. Onet. II. §. 12. in Steph. II. §. 1. — In sequentibus optativus ὅτι μὴ τύχοι verbi primarii modum adscivit (v. §. 54.), non item verbum κελεύει. Quem indicativum jure defendit Klotz. Quaestt. critt. p. 100. sq. V. ann. ad I. §. 15. Ad περαιτέρω tacite quis suppleverit τοῦ ὅτι οὐκ οἶδα. — ἐν πολλῇ .. ἔχεσθαι .. ἀπορία. Ita Thucyd. 1, 25. ἐν ἀπόρῳ ἔχεσθαι. Plat. Phaed. p. 108. B. ἐν πάσῃ ἐχομένη ἀπορία. Wessel. ad Herod. 9, 98. Stallbaum. ad Plat. Crit. p. 43. C. Jacobitz. ad Lucian. Jov. Trag. p. 141.

§. 66. ἐν ᾧ μὴδ' ἂν αὐτοὶ εὐπορεῖτε. Cf. §. 65. — ἐν τούτῳ οὖν ἀναλτιός εἰμι, οὐκ ἔάν μὴ ἐξεύρω κτλ. i. q. ἐν τούτῳ μοι ἢ ἀπόφευξις ἐστὶ κτλ. Sententia univēsa quum nonnihil offensionis videretur habere, μὴ negationem ante ἐξεύρω secludendam censuerunt Stephanus atque Reiskius. Qua deleta ejusdem quae praecessit sententiae iteratio verbis inesset. Sententiarum, μὴ servata, nexum huic esse puto: Vos, inquit, iudices nolite eam mihi absolutionis ferre conditionem, si sollerter conjectavero, sed satis habete, me demonstrare hoc crimen prorsus a me alienum esse. Quo facto non rei gestae inscitia

sed ipsa innocentia me reddet incolumem. Extrema verba objicit iis, quibus derisui fore suspicatur hoc ipsum argumentum ex inscitia rei ductum. — De v. ἀνὴρ v. n. ad II. β. §. 2 — προσήκει μοι μηδὲν ὡς κτλ. Particulae ὡς post προσήκει illatae aliud exemplum non est in promptu: ex eo genere hoc esse, de quo disseruit Matthiaeus gr. §. 531. n. 2., quivis vel non monitus intelligit.

§. 67. ἀκοῆ ἐπιζαμαι γεγονός τοῦτο μὲν κτλ. Virgulam, quae in vulgatis est post γεγονός, delevi, arctissimo τοῦτο μὲν et τοῦτο δὲ vinculo cum illo participio jungens: pronomini enim e verbo ἐπιζαμαι pendenti participium οὐχ εὐρεθέντας tamquam epexegetis subjicitur. Vid. n. ad §. 36. — εἰ τούτων δέου ἡμῶν αἰτίας ὑποσχεῖν τ. σ. Cf. Plat. Apol. p. 33. B. καὶ τούτων ἐγὼ — οὐκ ἂν δικαίως τὴν αἰτίαν ὑπέχοιμι. Neque vero cum Stallbaumio credo proprie haec sensu malo dici de eo, in quem culpa merito conferatur. — τὸ σαφές αὐτῶν scilicet τῶν πραγμάτων. Cf. III. β. §. 1.

§. 68. αὐτίκα Ἐφιάτην κτλ. i. e. ne longius abeam, ii, qui Ephialten interfecerunt rell. De Ephialte, Periclis amico, qui imminuendae Areopagi potestatis auctor exstitit Ol. 80, 1. conf. Wachsmuth. Hell. Alt. I. 2, p. 60. Hermann. gr. Staatsalt. §. 164. Noctu is interemtus est Ol. 80, 4. 475, a. Chr., ut Diodorus narrat 11,77. τῆς νυκτὸς ἀναιρεθεὶς ἄδηλον ἔσχε τὴν τοῦ βίου τελευτήν. Rem quam Antipho et Diodorus ignorant, Aristotelis temporibus non in occulto latuisse testis est Plutarchus, qui Aristotele auctore in Periclis vita (10.) refert ab Aristodico Tanagraeo Ephialten interfectum esse. Conf. Meier de bon. damn. p. 4. n. 11. — ἐπειτα. Cf. §. 16. — οὐδ' ἐν τούτῳ . . . μὴ νῦσαι τὸ πρᾶγμα. Cf. ann. ad I. §. 8. Neque, inquit, operam dederunt ut hac re i. e. τῷ ἀφανίζειν τὸν νεκρὸν in periculum incurrerent prodendi facinoris. Quibus verbis inest derisio adversariorum. — τῆς μὲν ἐπιβουλής . . . τοῦ θανάτου i. e. τοῦ ἐπιβουλεύειν τὸν θάνατον. Verba longiore intervallo sejuncta sunt: quae ratio a nostri usu non recedit. Cf. ann. ad I. §. 3.

§. 69. τοῦτο δ'. Cf. §. 13. — ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου i. e. intra breve tempus, quae verba hoc loco pro non ita pridem posita esse patet. Quamquam aliud hujus usus exemplum non habeo in promptu. Plerumque enim sicut apud Xenoph. de rep. Ath. 3, 11. significant non ita multo post. — ὡς

ἀνεβόησεν scil. dominus. — ἐγκαταλιπὼν τὴν μάχαιραν ἐν τῇ σφαγῇ. Cf. Lucian. Tyrannicid. 13. τί δὲ κατέλιπον τὸ ξίφος ἐν τῇ σφαγῇ; Σφαγή, jugulus, jugulum, secundum Pollucem 2, 133. τὸ κοῖλον οὐ διεσῆσαν αἱ κλεῖδες. 165. τὸ ὑπὸ τὸ ζέρον ἐγκοῖλον. Hesych. ὁ κατὰ τὴν κατακλεῖδα τόπος. Ruhnk. ep. crit. 1, p. 128. Lips. Jacobs. Achill. Tat. p. 661. — αἰτίας ποτὲ σχόντες οὐκ οὔσαν i. e. οὐκ ἀληθῆ s. ψευδῆ (Dem. de cor. §. 283. adv. Lept. §. 133. in Mid. §. 110) Cf. Dem. adv. Ph. ep. §. 1. αἰτίας οὐκ οὔσας πλασάμενος καὶ προφάσεις ἀδίκους ἐευρών. Aesch. in Ctes. §. 225. ἐπ' αἰτίας ἀγενήτοις. — οἱ Ἑλληνοταμίαι. De Hellenotamiis, Graeciae quaestoribus, qui pecunias ab universis Graecis contributas asservabant, consulas Boeckh. Staatsh. I. p. 189. 432. Kortüm. Hell. Staatsverf. p. 56. Wachsmuth Hell. Alt. II. 1, p. 149. Hermann. gr. Staatsalt. §. 156. — ἐκεῖνοι μὲν κτλ. Pronomen, quo supersedere poterat, propter opposita verba τὸ δὲ πρῶγμα posuit. Similiter §. 75. ἐγὼ positum est τάχ' ἂν σφαλεῖην, ἃ ἐκεῖνος — ἐπραξεν, ταῦτ' ἐγὼ — εἰπὼν. — ὄφθῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ. Thuc. 2, 22.

§. 70. κατέγνωσο μὲν ἤδη θάνατος ἐτεθνήκει δὲ οὔπω. Cannoni decreto cautum erat ut singulorum ejusdem criminis sociorum seorsum cognosceretur causa. Vid. ann. ad VI. §. 21. Ac si fides habenda scholiastae Aristoph. Ran. 358., ubi plures capitis essent damnati, non simul omnes ad mortem ducebantur, sed singulis diebus singuli morte mulctabantur: ὅταν πολλοὺς κατεδικάζον οἱ Ἀθηναῖοι ἀποθανεῖν, οὐκ εἰς μίαν ἡμέραν πάντες ἐφονεύοντο, ἀλλ' ἕκαστος ἐκληροῦτο καθ' ἡμέραν καὶ τῷ κληρωθέντι θάνατος ἐπήει. καθ' ἡμέραν οὖν εἰς μόνος ἐτελεύτα· ἔσι γὰρ ὅτε μετεμελοῦντο καὶ τοὺς λοιποὺς ἔσωζον. — ἐν τούτῳ ἐδηλώθη. Cave ἐν τούτῳ interpreteris in illo Sosia: est i. q. dum haec geruntur, interea. Lys. in Agorat. §. 71. — ὁ ἀνήρ ἀπήχθη ὑπὸ τοῦ δήμου i. e. e custodia domum abductus est a plebe. Vid. Heffter. Ath. Ger. Addend. p. 497. Wenn jemand in einer öffentlichen Sache z. B. zum Tode verurtheilt war, vor der Vollziehung der Strafe aber seine Unschuld erhellte, so trat wohl kein förmliches Restitutionsverfahren ein, sondern das Volk schlug sich ins Mittel. Jam Undecimviris hominem traditum fuisse narrat orator. Ad hos enim magistratus damnatorum custodia pertinebat, quos τῷ δημίῳ v. δημοκοίνῳ trucidan-

dos exhiberent. M. et Sch. Att. Proc. p. 740. Heffter. Ath. Ger. p. 453. Platner. Proc. u. Klag. I. p. 429.

§. 71. ταῦθ' ὑμῶν αὐτῶν ἐγὼ οἶμαι μεμνησθαι τοὺς πρεσβυτέρους κτλ. Memineris hoc loco Thucyd. I, 42. ὧν ἐνθυμηθέντες καὶ νεώτερός τις παρὰ πρεσβυτέρου αὐτὰ μαθών. Isocr. de pac. §. 12. θαυμάζω δὲ τῶν τε πρεσβυτέρων εἰ μηκέτι μνημονεύουσι καὶ τῶν νεωτέρων εἰ μηδενὸς ἀκηκόασιν. Lycurg. §. 93. τίς γὰρ οὐ μέμνηται τῶν πρεσβυτέρων ἢ τῶν νεωτέρων οὐκ ἀκήκοε κτλ. Ceterum neque infinitivus praesentis πυνθάνεσθαι post praesens οἶμαι illatus a recta cogitandi ratione discrepat (v. ann. ad IV. γ. §. 1.), neque attractio in verbis ὥσπερ ἐμέ, ubi exspectes ὥσπερ ἐγώ, insolita est. Lys. in Agor. §. 72. οὐδαμοῦ γὰρ ἔστιν Ἀγόρατον Ἀθηναῖον εἶναι ὥσπερ Θρασίβουλον καὶ Ἀπολλόδωρον. Dorvill. ad Charit. p. 538, Lips. — οὕτως ἀγαθὸν ἐστὶ μετὰ τοῦ χρόνου βασανίζειν τὰ πράγματα. Cf. Dem. prooem. 49. τὴν ἀπίστην κυριωτέραν εἶναι τῆς μετὰ τοῦ χρόνου βασάνου. Ipsam sententiam celebrant poetae (cf. poett. gnom. p. 143. Schaef.), atque noster frequentat, IV. δ. §. 11. infr. §. 72. sq. 86. — καὶ τοῦτ' ἕως . . καὶ ὅτῳ τρόπῳ. Displicet iterata καὶ particula: atque haud scio an post ἕξερρον nonnulla exciderint, aut male particula in codicibus repetita sit. Quamquam inverso verborum ordine neque scabra neque hiulca evadet oratio: καὶ ὅτῳ τρόπῳ τέθνηκεν ὁ ἄνθρωπος καὶ τοῦτ' ἕως ἂν φανερὸν γένοιτ' ἂν ἕξερρον. — αὐτὸ γὰρ ὃ βουλευέται τὴν γνώμην διαφθείρει τοῦ ἀνθρώπου i. e. *illud enim ipsum quo utitur ad deliberandum (ἢ ὀργή) mentem hominis obcoecat*. Erraret, opinor, si quis, subjecto τὸ ὀργλῆσθαι e praegressis suppleto, sententiam hanc verbis inesse putaret: *illud enim ipsum, quo homo utitur ad deliberandum, mentem dico, corrumpit ira*. De omisso pronomine demonstrativo cf. II. α. §. 3. — μέγα τοι ἡμέρα κτλ. Particulam τοι, quam in afferendis sententiis atque locis communibus ita scimus poni solitam esse, ut confirmandi adsciscat significatum, e codice Oxoniensi sine ulla dubitatione suscepi pro vulgato τι, quo haud opus. Matth. gr. §. 437. Ceterum cur hoc loco Stephani auctoritatem recentiores editores anteposuerint corruptae codicum scripturae neminem fugiet. Infinitivi μετασῆσαι et εἰρέειν e voce μέγα pendent, in qua latet convenientiae atque congruentiae notio. Similis est

infinitivus adjectivi praegressi inserviens explicationi §. 93. οὐ πλέονος οὐδέν ἐστιν ἄξιον ἀνδρὶ συναγωνίζεσθαι.

§. 73. κρείσσον δὲ χρὴ γίνεσθαι ἀεὶ τὸ ὑμέτερον δυνάμενον. . . σώζειν ἢ τὸ τῶν ἐχθρῶν βουλόμενον. . . ἀπολύναι. Cf. §. 80. ἀλλ' ὑμεῖς βοηθήσατέ μοι καὶ μὴ διδάσκετε τοὺς συκοφάντας μείζον ὑμῶν αὐτῶν δύνασθαι. Reiskius τὸ ὑμέτερον δυνάμενον et τὸ τῶν ἐχθρῶν βουλόμενον dictum esse vult pro τὴν ὑμέτεραν δύναμιν et τὴν τῶν ἐχθρῶν βούλησιν, quocum consentit Bernhardy. Synt. p. 327. Quam sententiam ne amplectaris impediunt infinitivi parum ad eam accommodati, atque oppositorum ratio. Τὸ ὑμέτερον idem est quod ὑμεῖς et τὸ τῶν ἐχθρῶν i. q. οἱ ἐχθροί: cf. Krüger. ad Dionys. Hist. p. 237. Both. ad Aristoph. Eccles. 623. Matth. gr. §. 285. — ἐν μὲν γὰρ τῷ ἐπισχεῖν κτλ. Cf. Eurip. Phoen. 455. ἐπίσχεσ' οὔτοι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει. Plat. Legg. VI. p. 766. extr.

§. 74. Δεῖ δέ με καὶ ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ἀπολογήσασθαι. Patrem non accusaverant adversarii. At solebant in accusationibus mentionem injicere generis atque majorum accusati, ubi ansam ea res praeberet invidiae reo conflandae, sicut ipsi rei in defensionibus non satis habebant innocentiam suam probare iudicibus, sed et sua et majorum suorum merita atque beneficia in singulos cives et in rempublicam collata copiose solebant exponere, quo se dignos esse ostenderent qui iudicum calculis absolventur. Ceterum conferas cum hac patris defensione Lys. de bon. Nic. fr. §. 2. 3. — πολλῷ πρεσβύτερός ἐστι τῶν ἐμῶν πραγμάτων. Conf. ad verba §. 75. Isocr. in Lochit. §. 11. Dem. de cor. §. 50. adv. Leoch. §. 54.

§. 75. ἀπολογεῖσθαι ὧν ἐγὼ πολλῷ νέώτερός εἰμι h. e. ἀπολογεῖσθαι ταῦτα ὧν κτλ. Plerumque ἀπολογεῖσθαι τι est *aliquid defensionis causa afferre*, hic designat *purgare aliquid*. Cf. §. 85. ὅσα — ἐκ τῶν κατηγορηθέντων μέμνημαι — ἀπολελόγημαι. Thucyd. 8, 109. διαβολὰς ἀπολογεῖσθαι. Dem. de f. leg. §. 92. περὶ γὰρ τῶν ἀμφισβητουμένων — δεῖ λέγειν τὸν φεύγοντα, οὐ τὰ ὁμολογούμενα ἀπολογούμενον ἔξαπατᾶν. adv. Macart. §. 9. οὐδ' ἀπολογήσασθαι μοι ἐξεγένετο οὐδὲ πολλοσὸν μέρος ὧν κατεψεύδοντο ἡμῶν. Achill. Tat. 5, 20. ἐν βραχεῖ σοι τὸ ἔργον ἀπολογήσομαι. Quod genus lexica nostra ignorant. — καὶ λόγῳ οἶδα i. q. ἀκοῇ ἐπίσασμαι (§. 67. 74. Valck. ad Eur. Phoen. 826. Lennep. ad Phalar. p. 229 b.). Herod. 5, 24. τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι ἀλλ' ἔρ-

γοισι οἶδα μαθών. Eurip. Heracl. 5. οἶδα δ' οὐ λόγῳ μαθών. Denique ἔργῳ ἔπραξε et λόγῳ εἰπὼν quamquam abundant verborum copia, tamen etiam a Thucydide verborum parcissimo non spreta sunt. 1, 22. ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον — τὰ δὲ ἔργα τῶν πραχθέντων. — ὁμῶς δ' οὖν κεκινδυνεύεται i. q. gleichwohl soll es gewagt sein. Futurum exactum bene convenit in hominem jam, omni dubitatione exuta, ipsam rem aggredientem. Kühner. gr. II. p. 84.

§. 76. τὴν ἀπόσασιν τῶν Μιτυληναίων. Quarto belli Peloponnesiaci anno Mytilenaei atque Lesbii praeter Methymnaeos universi ad Lacedaemonios defecerunt: sed mox, Mytilenis ab Atheniensibus obsessis, cives fame coacti urbem hostibus dediderunt. De quorum supplicio quum magna contentione Athenis ageretur, vicit Diodoti lenior sententia. Cf. Thucyd. 3, 2 sq. Diodor. Sic. 12, 55. Aristot. Polit. 5, 4. Strabon. 13, 2. p. 138. Tauchn. Aristid. Panath. p. 289. Dind. Boeckh. Staatsh. I. p. 462. sq. — ἡμαρτε τῆς ὑμετέρας γνώμης. Haec injuria tentat Dobreus. Orator enim *Excidit*, inquit, *vestro suffragio*, criminis ille quidem atrocitatem verbo diminuens atque obtegens. Neque ipsa dictio inusitata est: cf. Isocr. Nicoel. §. 11. εἰ μὲν γὰρ ἐμοῦ μὴ δηλώσαντος ἂ βούλομαι ποιεῖν ὑμᾶς διαμάρομαι τῆς ἐμῆς γνώμης, οὐκ ἂν εἰκότως ὑμῖν ὀργιζομένη. Archid. §. 5. διαμαρτόντες δὲ τῆς ὑμετέρας γνώμης αὐτοὶ μὲν ἴσως φανλότεροι δόξομεν εἶναι. Dem. adv. Phaenipp. §. 31. ποῖ γὰρ τραπέσθαι δεήσει διαμαρτόντα τῆς ὑμετέρας γνώμης; — οὔτε γὰρ — Reiskius vocem quae huic οὔτε responderet desideravit: neque enim vidit huc referri debere τοῦτο δ' αὖ. Cf. Hartung. de partt. I. p. 197. Stallbaum. ad. Plat. Lach. p. 182. A. — ἱκανὰ . . ἂ εἶχετο αὐτοῦ i. e. satis enim multa erant pignora, quae ibi — αὐτοῦ, Mytilenis — tenebantur, liberi ejus atque opes. — πρὸς τὴν πόλιν . . ἰσχυρίζεσθαι i. q. civitati universae nequibat sese opponere, resistere, Trotz bieten, quod plerumque est ἀπιοχυρίζεσθαι. Zonar. p. 1130. ἰσχυρίζεται, ἐνίσταται.

§. 77. τοὺς αἰτλοὺς τούτων ἐκολάσατε. Thucyd. 3, 50. Boeckh. Staatsh. II. p. 37. coll. I, p. 264. Goeller. ad Thucyd. l. c. De Cleonis sententia eos, quos Paches, dux Atheniensium Athenas miserat defectionis auctores, morte mulctarunt: plus mille trucidati sunt. — τοῖς δ' ἄλλοις Μιτυληναίοις ἄδειαν ἐδώκατε οἰκεῖν τὴν σφετέραν αὐτῶν. Hoc ea fece-

infinitivus adjectivi praegressi inserviens explicationi §. 93. οὐ πλέονος οὐδέν ἐστιν ἄξιον ἀνδρὶ συναγωνίζεσθαι.

§. 73. κρεῖσσον δὲ χρὴ γλῆγεσθαι ἀεὶ τὸ ὑμέτερον δυνάμενον. . . σώζειν ἢ τὸ τῶν ἐχθρῶν βουλόμενον. . . ἀπολλύναι. Cf. §. 80. ἀλλ' ὑμεῖς βοηθήσατέ μοι καὶ μὴ διδάσκετε τοὺς συκοφάντας μεῖζον ὑμῶν αὐτῶν δύνασθαι. Reiskius τὸ ὑμέτερον δυνάμενον et τὸ τῶν ἐχθρῶν βουλόμενον dictum esse vult pro τὴν ὑμετέραν δύναμιν et τὴν τῶν ἐχθρῶν βούλησιν, quocum consentit Bernhardt. Synt. p. 327. Quam sententiam ne amplectaris impediunt infinitivi parum ad eam accommodati, atque oppositorum ratio. Τὸ ὑμέτερον idem est quod ὑμεῖς et τὸ τῶν ἐχθρῶν i. q. οἱ ἐχθροί: cf. Krüger. ad Dionys. Hist. p. 237. Both. ad Aristoph. Eccles. 623. Matth. gr. §. 285. — ἐν μὲν γὰρ τῷ ἐπισηεῖν κτλ. Cf. Eurip. Phoen. 455. ἐπισηεῖς· οὔτοι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει. Plat. Legg. VI. p. 766. extr.

§. 74. Δεῖ δέ με καὶ ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ἀπολογήσασθαι. Patrem non accusaverant adversarii. At solebant in accusationibus mentionem injicere generis atque majorum accusati, ubi ansam ea res praeberet invidiae reo conflandae, sicut ipsi rei in defensionibus non satis habebant innocentiam suam probare iudicibus, sed et sua et majorum suorum merita atque beneficia in singulos cives et in rempublicam collata copiose solebant exponere, quo se dignos esse ostenderent qui iudicum calculis absolventur. Ceterum conferas cum hac patris defensione Lys. de bon. Nic. fr. §. 2. 3. — πολλῷ πρεσβύτερός ἐστι τῶν ἐμῶν πραγμάτων. Conf. ad verba §. 75. Isocr. in Lochit. §. 11. Dem. de cor. §. 50. adv. Leoch. §. 54.

§. 75. ἀπολογεῖσθαι ὧν ἐγὼ πολλῷ νεώτερός εἰμι h. e. ἀπολογεῖσθαι ταῦτα ὧν κτλ. Plerumque ἀπολογεῖσθαι τι est aliquid defensionis causa afferre, hic designat purgare aliquid. Cf. §. 85. ὅσα — ἐκ τῶν κατηγορηθέντων μέμνημαι — ἀπολελόγημαι. Thucyd. 8, 109. διαβολὰς ἀπολογεῖσθαι. Dem. de f. leg. §. 92. περὶ γὰρ τῶν ἀμφισβητουμένων — δεῖ λέγειν τὸν φεύγοντα, οὐ τὰ ὁμολογούμενα ἀπολογούμενον ἐξαπατᾶν. adv. Macart. §. 9. οὐδ' ἀπολογήσασθαι μοι ἐξεγένετο οὐδὲ πολλοσὸν μέρος ὧν κατεπειδοντο ἡμῶν. Achill. Tat. 5, 20. ἐν βραχεῖ σοι τὸ ἔργον ἀπολογήσομαι. Quod genus lexica nostra ignorant. — καὶ λόγῳ οἶδα i. q. ἀκοῇ ἐπίσασμαι (§. 67. 74. Valck. ad Eur. Phoen. 826. Lennep. ad Phalar. p. 229 b.). Herod. 5, 24. τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι ἀλλ' ἔρ-

γοισι οἶδα μαθών. Eurip. Heracl. 5. οἶδα δ' οὐ λόγῳ μαθών. Denique ἔργῳ ἔπραξε et λόγῳ εἰπὼν quamquam abundant verborum copia, tamen etiam a Thucydide verborum parcissimo non spreta sunt. I, 22. ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον — τὰ δὲ ἔργα τῶν πραχθέντων. — ὁμῶς δ' οὐκ κενυδυνεύσεται i. q. gleichwohl soll es gewagt sein. Futurum exactum bene convenit in hominem jam, omni dubitatione exuta, ipsam rem aggredientem. Kühner. gr. II. p. 84.

§. 76. τὴν ἀπόσασιν τῶν Μιτυληναίων. Quarto belli Peloponnesiaci anno Mytilenaei atque Lesbii praeter Methymnaeos universi ad Lacedaemonios defecerunt: sed mox, Mytilenis ab Atheniensibus obsessis, cives fame coacti urbem hostibus dederunt. De quorum supplicio quum magna contentione Athenis ageretur, vicit Diodoti lenior sententia. Cf. Thucyd. 3, 2 sq. Diodor. Sic. 12, 55. Aristot. Polit. 5, 4. Strabon. 13, 2. p. 138. Tauchn. Aristid. Panath. p. 289. Dind. Boeckh. Staatsh. I. p. 462. sq. — ἤμαρτε τῆς ὑμετέρας γνώμης. Haec injuria tentat Dobreus. Orator enim *Excidit*, inquit, *vestro suffragio*, criminis ille quidem atrocitatem verbo diminuens atque obtegens. Neque ipsa dictio inusitata est: cf. Isocr. Nicocl. §. 11. εἰ μὲν γὰρ ἐμοῦ μὴ δηλώσαντος ἂ βούλομαι ποιεῖν ὑμᾶς διαμαρτύτε τῆς ἐμῆς γνώμης, οὐκ ἂν εἰκότως ὑμῖν ὀργίζοιμην. Archid. §. 5. διαμαρτόντες δὲ τῆς ὑμετέρας γνώμης αὐτοὶ μὲν ἴσως φανλότεροι δόξομεν εἶναι. Dem. adv. Phaenipp. §. 31. ποῖ γὰρ τραπέσθαι δεήσει διαμαρτόντα τῆς ὑμετέρας γνώμης; — οὔτε γὰρ — Reiskius vocem quae huic οὔτε responderet desideravit: neque enim vidit huc referri debere τοῦτο δ' αὐ. Cf. Hartung. de partt. I. p. 197. Stallbaum. ad. Plat. Lach. p. 182. A. — ἱκανὰ . . ἂ εἴχετο αὐτοῦ i. e. satis enim multa erant pignora, quae ibi — αὐτοῦ, Mytilenis — tenebantur, liberi ejus atque opes. — πρὸς τὴν πόλιν . . ἰσχυρίζεσθαι i. q. civitati universae nequibat sese opponere, resistere, Trotz bieten, quod plerumque est ἀπιοχυρίζεσθαι. Zonar. p. 1130. ἰσχυρίζεται, ἐρίζεται.

§. 77. τοὺς αἰτλους τούτων ἐκολάσατε. Thucyd. 3, 50. Boeckh. Staatsh. II. p. 37. coll. I, p. 264. Goeller. ad Thucyd. I. c. De Cleonis sententia eos, quos Paches, dux Atheniensium Athenas miserat defectionis auctores, morte mulctarunt: plus mille trucidati sunt. — τοῖς δ' ἄλλοις Μιτυληναίοις ἄδειαν ἐδώκατε οἰκεῖν τὴν σφετέραν αὐτῶν. Hoc ea fece-

runt conditione, ut colonis Atticis Lesbum missis binas minas in singulas agri portiones persolverent Mytilenaei. Verba haec recte interpretatus est Bakius Schol. Hypomn. p. 215. ita, ut respici existimet ad jus civitatis administrandae suis legibus atque institutis, quod liberi est populi. Cf. Thucyd. 3, 48. *πειθεσθέ μοι Μυτιληναίων οὓς μὲν Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς ἀδικοῦντας κρῖναι καθ' ἡσυχίαν, τοὺς δ' ἄλλους ἐᾶν οἰκεῖν.* Dem. in Aristocr. §. 139. — *καὶ χορηγίας ἐχορήγει.* Pertinent hae choragiae ad rempublicam Mytilenaeorum: cf. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 1, p. 113. n. 11. A Longo quoque Pastor. 4, 25. Mytilenaeus inducitur, qui ὄν γὰρ εἶχον, inquit, (βίον) εἰς χορηγίας καὶ τριηραρχίας ἐξεδαπάνησα. — *καὶ τέλη κατετέθει.* Genus *τελών*, quod his verbis indicetur, non in aperto positum est, neque magis perspicuum est, quae liturgiae in Attica obeundae ad Mytilenaeos perfinerint. Boeckhius l. c. ea ipsa intelligit quae colonis Atheniensibus erant dependenda. Sed recte Bakius Schol. Hypomn. p. 216. „Non magnifice, inquit, commendavisset patrem defensor, si pensionem illam, quae cleruchis debebatur, non Atheniensium civitati, certoque pecuniae numero continebatur, rite solutam ab eo praedicavisset — —. Tum si ea pensio intelligeretur, non potuisset subjicere orator patrem plurimum Aeni habitare, neque illud tamen eo consilio, ut civitatem fraudaret iis, quae a se deberentur: pensionis enim veluti pignus erat ipse κληρος, clerucho Atheniensi assignatus.“

§. 78. *εἰ δ' ἐν Αἴνω χωροφιλεῖ κτλ.* i. e. si Aeno degit, hoc ita facit ut nulli erga rem publicam officio se subducatur. Verbum *χωροφιλεῖν* hinc excerpserit Pollux. 9, 13. *καὶ φιλοχωρεῖν καὶ φιλοχωρία καὶ χωροφιλεῖν παρὰ Ἀντιφῶντι.* Dionys. Hal. de comp. verb. 6. *χωροφιλεῖν λέγων τὸ φιλοχωρεῖν — μετασκευάζει τὰς λέξεις, ἵν' αὐτῶ γένοιτο ἄρμοσθεῖσαι καλλοῦς καὶ ἐπιτηδειότεραι.* Schaefer. ad Dionys. p. 97. Aenus vero, Thraciae urbs, arctiore cum Mytilenaeorum civitate vinculo conjuncta videtur fuisse. Ephoro enim auctore Harpocratio v. *Αἶνος* et alii haec tradunt *ἐχομένη δὲ τούτων Αἶνος πόλις, ἣν πρῶτον Ἕλληνας Ἀλωπεκοννήσιοι κατέκρησαν, ὕστερον δ' ἐκ Μιτυλήνης ἐπηγάγοντο καὶ Κύμης ἐποίκους.* Quibus adde Scymnum Chium 695.

μετὰ τὴν Μαρώνεια δὲ κεῖτ' Αἶνος πόλις

ἔχουσ' ἐποίκους ἐκ Μιτυλήνης Αἰολεῖς.

Marx. ad Ephor. frgm. p. 185. Plehn. Lesbicae. p. 45. Aeolicam-

que hanc urbem vocat etiam Herodotus 7, 58. — Post τοῦτο recte Reiskius videtur adjicere ποιῆ. — ἀποσερεῖν ξαυτόν τινος, se subducere alicui rei, etiam Thucydides habet 1, 40. ὅστις μὴ ἄλλου ξαυτόν ἀποσερεῶν ἀσφαλείας δεῖται i. e. qui non aliorum sese auctoritati subtrahens salutis praesidio indiget. Plutarch. de ser. num. vind. 11. χρήματα φίλων ἀποσεροῦντες. Demosth. 4. τῶν διδασκάλων αὐτοῦ τὸν μισθὸν ἀποσερεῖν. Dion. 37. τῶν ξένων τὸν μισθὸν ἀποσερεῖν. — ὡς περ ἐτέρους ὄρω, τοὺς μὲν . . δικάζομένους. Duplex hoc loco lectori obvia est difficultas, altera in verborum claudicatione, altera in rerum obscuritate posita. Etenim verbis τοὺς μὲν non subjicitur τοὺς δέ: quamquam vix crediderim alterum membrum ab oratore omis- sum esse. Quamobrem cum Reiskio malim inserere τοὺς δέ ante καὶ δίκας. Obscuritas vero ad ipsam rem pertinens in verbis καὶ δίκας ἀπὸ συμβόλων δικάζομένους potissimum residet. Nam etsi scimus σύμβολα ad juris praebendi et repetendi commercium pertinentia esse τὰς συνθήκας ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τάντωσι τοῖς πόλιταις ὡς διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια, (Har- pocr.) atque δικάζεσθαι ἀπὸ συμβόλων litigantes dici, qui jure illis symbolis constituto utebantur, multa tamen in hac re sunt, quae lucem desiderant, ipsorum symbolorum ratione minime per- spectata, neque utrum ad solos liberos socios an ad subjectos quoque pertinuerit juris Attici commercium, liquet. Vid. Hudt- walcker. Diaet. p. 123. M. et Sch. Att. Proc. p. 773. Heffter. Ath. Ger. p. 89. Platner. Proc. u. Klag. I. p. 105. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 1, p. 194. Hermann. gr. Staatsalt. §. 116. Goeller. ad Thucyd. 1, 77. Nostri vero loci rationem probe perspexit Platnerus I. p. 112. „Sie halten sich zu euren Feinden, belan- gen aber die Athener auf den Grund der früheren Bundesge- nossenschaft. Sie sind der That nach eure Feinde, wo es aber ihren Vortheil gilt, da bringen sie die zwischen ihrem Vater- lande und Athen bestehenden Verträge zur Anwendung.“ Ce- terum audias etiam Schömannum Att. Proc. p. 778. „Manche der unterwürfigen Bundesgenossen wandern nach dem festen Lande aus, wohnen selbst unter den Feinden Athens und schi- kaniren die Athener durch Processe. Darin liegt nicht, dafs sie in ihrer Heimath nicht auch hätten δίκαι ἀπὸ συμβόλων mit Athe- nern führen können, sondern nur dafs sie es in den fremden Ländern um so mehr thun, weil sie dort den Athenern recht

lästig werden wollen und durch keine Furcht zurückgehalten werden:“ atque Heffterum Ath. Ger. p. 493. „Indessen dürfte es doch sicherer sein, beide Ausdrücke (*δικαιὰ ἀπὸ συμβόλων* et *πόλις ἑκκλητος*) für den griechischen Staatsverband, zu welchem Athen gehörte, auf den Fall zu beschränken, wenn zwei autonome Staaten oder Bürger derselben sich mit ihrer Streitigkeit an eine dritte durch Verträge bestimmte Stadt Behufs der Entscheidung wandten. So erzählt Antiphon, daß mehrere vormals unterwürfige Bundesgenossen der Athener sich zu den Feinden derselben begeben und nun gegen sie bei den Bundesgerichten Prozesse angefangen hätten. In Athen selbst ließen sich diese Abtrünnigen gewiß in keinen Process ein.“ Ex ipsis Antiphontis verbis jure opinor Dobreum colligere tempore defectionis Ionicae post cladem in Sicilia acceptam hanc orationem conscriptam esse. — οὐδὲ φεύγειν τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον. Cf. §. 8. 80.

§. 79. ἃ δὲ . . διαβάλλουσι τὸν ἐμὸν πατέρα. Cf. Matth. gr. §. 421. n. 2. — ἡ πᾶσα παρασκευὴ γεγένηται ἐπ' ἐμοὶ καὶ κείνῳ ἰ. q. κατ' ἐμοῦ καὶ κείνου. Saepissime ἐπὶ cum dat. est *contra*, non in poesi tantum atque in prosa Ionum oratione (cf. Passov. lex. p. 806. ed. 4. Kühner. gr. II. p. 297.) sed etiam apud optimos quosque Atticos prosae scriptores. Cf. nost. VI. §. 36. τοῦτ' οὐκ ἐπ' ἐμοὶ πρῶτον ἐμχανήσαντο — ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Λυσιζράτῳ πρότερον. Thuc. I, 40. τὸν νόμον ἐφ' ὑμῶν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἐφ' ἡμῶν θήσετε. 102. τὴν γενομένην ἐπὶ τῷ Μήδῳ ξυμμαχίαν. 5, 33. 51. Andoc. de red. §. 20. τοὺς ταῦτα βουλευσάντας ἐφ' ὑμῶν καὶ πράξαντας. Lys. in Dardan. §. 21. τοὺς ἐμπόρους ἐφ' οἷς οὗτοι συνέσκησαν. Isae. de Astyph. h. §. 26. τοιαῦτα μέντοι κοινῇ ἐπ' ἐμοὶ τεχνάζουσιν. Dem. in Phil. II. §. 18. in Aristocr. §. 137. al. Alcidi. Ulyss. p. 671, 23. Bekk. Adde quae congesi ad VI. §. 48. — τὰ συμβαλλόμενα ἰ. q. τὰ βοηθοῦντα. — γέρον μὲν ἐκεῖνος ὥς ἐμοὶ βοηθεῖν. Eurip. Androm. 80. γέρον γ' ἐκεῖνος ὥς ἐμοὶ ὠφελεῖν παρών. Plutarch. Cim. 14. γραῦς εἶ, γραῦς, ὃ Ἑλληνική, ὡς τηλικαῦτα διαπράττεσθαι πράγματα. Plat. Protag. p. 314. B. ἡμεῖς γὰρ ἐτι νέοι ὥς ἐμοὶ τοσοῦτο πρᾶγμα διελέσθαι. Pflugk. ad Eur. l. c. Stallbaum. ad Plat. de rep. 8, p. 556. B.

§. 80. ἀλλ' ὑμεῖς κτλ. Ad sententiam compara Andoc. de myst. §. 105. — τὸ δ' ὑμέτερον πλῆθος φεύγειν. Cf. §. 8. 78. — ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔχει ἰ. q. ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιόν ἐστι. Isae. de Cir. h. §. 4. Schömann. p. 380.

§. 81. τοῖς ἀπὸ τῶν θεῶν σημείοις γενομένοις. *Tantum non legitima in ejusmodi enuntiatibus est participii trajectio.* Thucyd. 1, 90. τὴν ἐς τὸν Μηδικὸν πόλεμον τόλμαν γενομένην. 2, 18. ἢ τε ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἐπιμονὴ γενομένη. 3, 67. τὴν ὑπὸ τούτων ἡλικίαν ἡμῶν διεφθαρμένην. 5, 5. τοῖς ἐκ Μεσσήνης ἐποίκους ἐκπεπτωκόσιν. 34. τοὺς μὲν μετὰ Βρασίδου Εἰλωτας μαχεσαμένους. 7, 23. 50. 52. 55. 8, 36. 92. Xenoph. Hell. 2, 1, 1. 5, 1, 36. Isae. de Pyrrh. h. §. 50. Dem. de cor. §. 35. 98. 126. 201. de f. leg. §. 22. 49. 84. adv. Lept. §. 55. in Aristocr. §. 133. in Timocr. §. 72. al. γίγνεσθαι ἀπὸ τῶν θεῶν de signis a deo editis celebrant. Dem. ep. 1, p. 633. Bkk. Plutarch. Crass. 17. Alex. 57. Bernhardy. Synt. p. 222. Proxima verba εἰς τὰ τοιαῦτα cum praegressis an cum his οὐχ ἤμισα τεκμηραμένους jungas parum videtur referre, malim tamen cum οὐχ ἤκ. τεκμ. consociare.

§. 82. οἶμαι γὰρ ὑμᾶς ἐπίσασθαι ὅτι . . συναπώλεσαν, . . τοῦτο δὲ ἤδη ἐτέρους . . κινδυνεύσαντας . . τοῦτο δὲ . . πολλοὶ δὲ καταφανεῖς ἐγένοντο. *Adverte struendi rationem, variatam illam atque parum concinnam.* Initio enim verbo ἐπίσασθαι subjungitur ὅτι cum verbo finito, post infertur participium, postremo sermo aliunde suspensus in liberam exit orationem. Simillimum huic exemplum vide Dem. or. funebr. §. 30. οὐκ ἐλάνθανεν Οἰνείδας ὅτι Κάδμου μὲν Σεμέλη, τῆς δὲ υἱὸν ὄντα ὄν οὐ πρόπον ἐστὶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοῦδε τοῦ τάφου, τοῦ δὲ Οἰνεὺς γέγονεν. Participii vero et verbi finiti copulatio e verbis sentiendi atque declarandi suspensorum non infrequens est, cf. Thucyd. 2, 64. Dem. adv. Onet. I. §. 35., neque transitus ab oratione aliunde pendente ad liberam adeo rarus est ut talia possint incurrere criticorum reprehensionem. Itaque apud Dem. in Steph. I. §. 51. οἶμαι τοίνυν αὐτὸν ἤξειν καὶ ἐπὶ τοῦτο — καὶ τοὺς δικαστὰς τοὺς τότε φήσει κτλ. non debebat cum Reiskio Bekkerus mutare φήσει in φήσεν. Ceterum verba συνεισβάντες εἰς τὸ πλοῖον συναπώλεσαν κτλ. praeivit Aeschylus Sept. adv. Th. 587.

ἢ γὰρ συνεισβὰς πλοῖον εὐσεβῆς ἀνὴρ
ναύτησι θερμοῖς καὶ πανουργία τινί,
ὄλωλεν ἀνδρῶν ξὺν θεοπτύσῳ γένει.

Quam sententiam frequentant veteres. Cf. Eurip. Electr. 1353.

οὕτως ἀδικεῖν μηθεὶς θελέτω
μηδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλέτω κτλ.

ej. Suppl. 222. Matth. Andoc. de myst. §. 137. Horat. Carm. 3,

2, 26. Articulus in τὸ πλοῖον haud scio an immerito suspectus fuerit Dobreo. Ad universum enim genus spectat. — τοῦτο δέ. Cf. §. 13. — τὰ ἱερὰ τὰ νομιζόμενα sunt sacra moribus atque legibus constituta. Lycurg. §. 1. Lys. in Nicom. §. 17.

§. 83. τεκμήρια εἶναι τῆς αἰτίας ὅτι κτλ. Vid. ann. ad §. 63.

§. 84. Simillima verbis hujus §. sunt quae leguntur VI. §. 28. — ὡς τι ἀνόσιον γεγένηται. Primo ad spectu vox ἀνόσιον displicet, sententia tamen commoda non caret. Quamquam Reiskii interpretatio *indiciū aliquod visum esse numinis ob sacra polluta irati* a verbis abhorret. Hoc dicit Antipho: *aliquid nefarium factum, piaculum commissum, sacra polluta, navigantes contaminatos esse.* — τούτοις ἰσχυροτάτοις. Cf. §. 38. — Circumloquutio in verbis τὰ σημεῖα τὰ ἀπὸ τῶν θεῶν conspicua latissime patet apud scriptores Graecos. Thucyd. 1, 37. τὴν ἀφ' ἡμῶν ἀξίωσιν. Dem. in Con. §. 36. ἢ δ' ἀπ' αὐτῶν ἐπιμότης. Lycurg. §. 79. τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν. Bernhardy. Synt. p. 222. Schömann. ad Isae. p. 472. — καὶ οἱ μὲν ἄλλοι κτλ. Inserta est eadem sententia orationi de saltatore §. 47.

§. 85. Ὅσα . . μέμνημαι . . ἀπολελόγημαι. Cf. Aesch. de f. leg. §. 130. πρὸς ἕκασον τῶν κατηγορημένων εἰς μνήμην εἶναι τὴν ἐμὴν ἀπολελόγημαι. Ceterum vide ann. ad §. 75. — οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν ἀποψηφισασθαι. Non displicet Stephani conjectura, minus arridet Dobrei: vid. ann. crit. Fuit qui, vulgatum pro sana habens, hoc dicere oratorem putaret: *credo etiam vos absolvisse oratione mea, i. e. hac oratione effecisse mihi videor ut crimen perjurii effugiatis, ita vos edocens ut non possitis non justam sententiam pronuntiare:* coll. Plat. Apol. p. 30. D. Hermogen. Progymn. in Walz. Rhet. gr. I. p. 30. — ταῦτά γὰρ ἐμέ τε σώζει κτλ. Cf. §. 96. ἐν δὲ τῷ ὑμετέρῳ ὄρκῳ καὶ ἡ ἐμὴ σωτηρία ἔρεσιν. — καὶ οὐ μὲν ἀπήχθη κτλ. De re conf. §. 9., de pronomini relatiivi collocatione §. 22. — ὧν δ' ἔχω τὴν αἰτίαν. Reiskius pronomen ὧν ad νόμοις referens, oratoris verba ita interpretatur: *quibus autem teneri dicor, quatenus iis tenear necne, docebit certamen illud, quod mihi decertandum in posterum tempus reservatum manet.* At Graeci non dicunt ἔχειν τὴν αἰτίαν τῶν νόμων. Pronomen est generis neutrius, ut sententia haec evadat: *quod autem ad res ipsas attinet, quae mihi crimini dantur, legitimum mihi certamen relinquitur.*

— οἱ μὲν ἐχθίστοι οἱ ἐμοί. Cf. Isae. de Astyph. h. §. 36. τοὺς ἐχθίστους Ἀστυφίλου. Andoc. de red. §. 28. τοῖς ἑμῶν αὐτῶν ἐχθίστοις. — οἱ τῶν δικαίων ἴσοι κριταί. Τὰ δίκαια sunt tituli juris, argumenta quibus actor et reus nituntur. Cf. VI. §. 24.

§. 86. μὴ ὑμεῖς γε. Formula haec a blande precantibus adhibita in omni sermonis genere reperitur: de qua explicarunt Markland. ad Max. Tyr. diss. 36, 5. Stallbaum. ad Plat. de rep. I, p. 345. B. Pflugk. ad Eur. Hec. 408. Apitz. ad Eur. Phoen. p. 131. Jacobitz. ad Lucian. Tox. p. 51. — δότε τι καὶ τῷ χρόνῳ. Eurip. Jon. 577. χρόνῳ δε δόντες ταῦτ' ἴσως εὐροίμεν ἄν. Franz. ad Lys. p. 294. nostr. IV. δ. §. 11. — ἤξιουν μὲν γὰρ κτλ. i. e. vellem enim istiusmodi causas ad legum scriptarum normam disceptari atque dijudicari, ita tamen ut simul summae justitiae satisfaceret, iudicibus quam creberrime in rerum gestarum veritatem inquirentibus. Ne post ἤξιουν desideres ἄν particulam, adi Schömann. ad Isae. p. 435: neque verendum ne μὲν γὰρ opposito δὲ carens offendat cordatos lectores: vid. nostr. II. α. §. 7. Hartung. de partt. II. p. 414. Ceterum de re conf. Plat. Legg. VI. p. 766. extr. Plutarch. Apophth. Lacon. p. 120. VI. Tauchn.

§. 87. Quae hic leguntur usque ad §. 90., paucis verbis immutatis etiam in oratione de saltatore §. 3 — 7. reperiuntur. φόνον γὰρ δίκη καὶ μὴ ὀρθῶς γνωσθεῖσα ἰσχυρότερον κτλ. Καὶ est vel, etiamsi. In loco gemino pro γνωσθεῖσα est καταγνωσθεῖσα: utrumque de sententia a iudice lata poni solet. Dem. adv. Apatur. §. 33. οὕτω παρανόμως γνωσθεῖσαν δλαιταν. et ann. ad §. 12. Pro ἰσχυρότερον l. c. invenimus ἰσχυροτέρα. Cf. Matth. gr. §. 437. — καὶ μὴ ὄντα φονέα . . χρῆσθαι τῇ δίκη καὶ τῷ νόμῳ i. e. etiamsi non sit facinori obnoxius, uti sententia iudicis atque lege, vel sententiae secundum leges latae severitatem experiri. — πισειύσας αὐτῷ ὅτι οὐκ ἔνοχός ἐστι τῷ ἔργῳ. Cf. VI. §. 5. πισειύσας ὅτι οὐκ ἔνοχός ἐστι τῷ ἔργῳ. Neque tamen αὐτῷ displicet. Cf. Dem. in Euerg. et Mnes. §. 45. ἐγὼ δὲ πισειύσας ἑμαντῷ μηδὲν ἀδικεῖν. Plat. Lach. p. 186. D. εἰ μὴ αὐτοῖς ἐπλενον ἰκανῶς εἰδέναι. Possis nostri verba ita accipere ut ὅτι ad causam referas (*fretus innocentia sua quia facinori non est obnoxius*): etenim πισειύειν ἑαυτῷ de eo ponunt qui innocentia sua fretus atque munitus est. Dem. adv. Eubul. §. 56.

in Steph. I. §. 62. Quamquam nihil obstat quominus ὅτι κτλ. ad ipsam rem referatur cujus ipse sibi conscius est. Universam, quam hic affert orator, sententia haec est: insontes sontesque juxta e judiciorum pendere arbitrio. Quamobrem temere Reiskius ante ξυρειδῶς negativam intulisse dicendus est: qua re efficit ut alterum membrum nihil ab alterius membri sententia differret. Atque perperam idem vir doctus verba ἀνάγκη κτλ. interpretatus est: *sic necesse est ut aequitas iniquitati concedat, veritate nequicquam reclamante et ut ipsa veritas a mendacio victa obruatur, praesertim absente vindice.* Verba τῆς δίκης νικᾶσθαι π. τ. ἀλ. ad insontem respiciunt, qui judicium calculis damnatus est, verba νικᾶσθαι αὐτοῦ τοῦ ἀληθοῦς ad hominem crimini obnoxium, qui jure atque merito judicii perpetitur severitatem: ut orator hic eandem sententiam, quam uberius ante explicavit, intra paucorum verborum fines concluderet. Ceterum loquutionem νικᾶσθαι τινας, vinci ab aliquo, cedere alicui, imprimis poetarum exemplis illustrant Dissen. ad Pind. Nem. 9, 2. Pflugk. ad Eur. Med. 315. ad Heracl. 234. Adde Isocr. ad Demon. §. 25. τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι.

§. 88. αἱ διωμοσίαι καὶ τὰ τόμια. Cf. §. 11. M. et Sch. Att. Proc. p. 624. sq. Heffter. Ath. Ger. p. 362. sq. — αἱ προῤῥήσεις ἰ. γ. τὸ προαγορεύειν εἰργεσθαι τῶν νομίμων: vid. §. 10. — ἐπὶ τοῖς ἄλλοις. Haec neutrius sunt generis: intellige vel πράγμασι. — ὀρθῶς μὲν γνωσθέντα τιμωρῆσαι ἐστὶ τῷ ἀδικηθέντι ἰ. e. res enim sic ut decet cognitae, vel rerum accurata cognitio auxilium fert ei qui laesus est. — φονεῖα . . . ψηφισθῆναι ἰ. γ. καταδοχθῆναι φονέα εἶναι. Cf. Lycurg. §. 41. τὸν δῆμον ψηφισάμενον τοὺς μὲν δούλους ἐλευθέρους, τοὺς δὲ ξένους Ἀθηναίους τοὺς δ' ἀτίμους ἐπιτίμους.

§. 89. ἡ μὲν γὰρ τούτων ἀντίβασις οὐκ ἔχει τέλος ἀλλ' ἐν ὑμῖν ἐστὶ καὶ τῆ δίκῃ sc. τὸ τέλος. Τέλος, exitum atque perfectionem rerum, iis tribuunt in quibus summa est, e quorum arbitrio pendent res. Thuc. 4, 118. οἱ δὲ ἰόντες τέλος ἔχοντες ἰόντων: schol. Cass. ἀντοκράτορες ὄντες ὡς κύριοι εἶναι. Crebro reperitur dictio τέλος ἐν (παρά, ἐπὶ) τινὶ ἐσιν. Hesiod. O. et D. 669. ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε. Pind. Ol. 13, 104. ἐν θεῷ τέλος. Nem. 10, 29. πᾶν δὲ τέλος ἐν τῶν ἔργων. Andoc. de pac. §. 41. τούτων δ' ἐστὶ τὸ τέλος παρ' ὑμῖν ἀλλ' οὐκ ἐν Λακεδαιμονίοις. Dem. de cor. §. 193. ἐν γὰρ τῷ θεῷ τὸ τοῦτου

τέλος ἦν οὐκ ἐν ἱμοί. Gorg. pro Palam. p. 690. extr. Bekk. ἐν ὑμῖν γὰρ τὸ τέλος ἔχει τῆς δίκης. Eurip. Hel. 887. τέλος δ' ἐφ' ἡμῖν. Pluralis numerus τούτων ad singularem τὸν διώκοντα referitur, quum universum designetur genus accusatorum: cf. VI. §. 2. Schömann. ad Isae. p. 466. Stallbaum. ad Plat. Phaedr. p. 231. A. 249. A. — τοῦτο οὐκ ἔστιν ὅποι ἂν τις ἀνενεγκῶν τὴν ἁμαρτίαν ἀπολύσαιτο. Cf. VI. §. 6. τοῦτο οὐκ ἔστιν ὅποι ἂν ἀνενεγκῶν τις τὴν αἰτίαν ἀπολύσαιτο. i. e. non habetis quo culpam referentes hoc factum purgetis. Pronomen τις ad iudices pertinet.

§. 90. τὸν νομιζόμενον ὄρκον. Vid. §. 11. 96. — διαφεύγω γὰρ οὐδ' οὕτω τὰς ὑμετέρας γνώμας κτλ. Haec verba atque quae §. 96. leguntur καὶ ὑμεῖς περὶ ἱμοῦ — διαγνώσθε ab iis afferri solent, qui eo tempore, quo habita est Antiphontis de caede Herodis oratio, iudicia de caede voluntaria Areopago non competitivisse putant. V. Schömann. Att. Proc. p. 143. n. Boeckh. Indd. lectt. hib. 1826 — 27. p. 4. Etenim quum haec oratio in iudicio heliastico habita sit, pronomen ὑμεῖς indicare opinantur, tum temporis in iudiciis de caede Heliastas sedisse non Areopagitas. Verum Antipho certus hujus rei testis non est: ὑμεῖς enim et hic et infra a Lesbio homine in universum Attici iudices appellantur: cf. §. 8. Platner. Proc. u. Klag. I. p. XXII. Ceterum cf. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 109. Praesenti διαφεύγω noster utitur de re, quam futuram esse certo confidit: ἐκεῖ ut τότε §. 16. de altero illo iudicio de caede ponit: quamquam hoc loco inchoata certe est in praegressis ejus iudicii mentio.

§. 91. εἰ δέοι ἁμαρτεῖν ἐπὶ τῷ, ἀδίκως ἀπολύσαι ὅσι-ώτερον ἂν εἴη κτλ. Verba ἐπὶ τῷ defendi possunt coll. Dem. ep. 2. p. 638. Bkk. ἐπ' οὐδενὶ γὰρ τῶν πεπραγμένων ἡδίκηκότα με εὐρήσατε et similibus. Malim tamen, duce Stobaeo (v. ann. cr.), scribere εἰ δέοι ἁμαρτεῖν τι, τὸ ἀδίκως κτλ. quum articulo eam sententiam carere posse vix crediderim propter opposita τοῦ μὴ κτλ. Atque haud scio an verba ἂν εἴη, quae cum Dobreo posui pro soloecis ἂν ἦ, prorsus ejicienda sint: neque enim necessarium est verbum substantivum, et abest cum particula etiam a Stobaeo. Annominationes, qualis haec est ἀπολύσαι — ἀπολέσαι, non aspernantur oratores: vid. Orell. ad Isocr. de perm. p. 224. Bremi. exc. ad Isocr. fasc. I. p. 209. — ἐν ᾧ i. q. bei welchem Umstande, demgemäfs. Bernhardy. Synt. p. 211. Ad

sententiam compara II. δ. §. 12. — *ελαττον ἔστιν*. Minus recte Reiskius e sequentibus huc retulit nomen βλάβος: orator dicit: *minus potest errari*. In verbis *μεταγνοῦς γὰρ κτλ.* a plurali numero transit in singularem: id quod creberrime fit ubi de universo genere agitur. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 319. A. Stallbaum. ad Plat. de rep. p. 389. D. Kühner. gr. II. p. 54. — *πλέον βλάβος τὸ μετανοεῖν κτλ.* scil. *ἀνάτος γὰρ ἡ μετανοια τῶν τοιούτων*, ut dicit II. δ. §. 12. — *καίτοι οὐπω ὑμῖν τοῖς ἐξαπατηθεῖσι μετεμέλησεν κτλ.* i. e. numquam autem vos poenituit sotes absolvisse, si qui vestrum praestigiis reorum decepti essent, tametsi vel maxime eos pessumdari oportet, qui mendaciis vos decipiant. Verba *ὑμῖν τοῖς ἐξαπατηθεῖσι* noli sollicitare; *vobis, deceptos dico*. Similiter Lycurgus coram iudicibus loquitur §. 95. *ἀρμόσει καὶ ὑμῖν ἅπασιν τοῖς νεωτέροις ἀκοῦσαι*, quae ad juniores, qui in corona praesto erant, conversus pronuntiasse credendus est orator.

§. 92. *ἔπειτα δέ*. Cf. §. 16. — *ὣν βουλήν ποιοῖτο* i. q. *ἂ βούλοιο*. Cf. II. α. §. 2. *φυλακὴν ποιήσονται* i. q. *φυλάξονται*. Quae circumloquutio latissime patet: Matth. gr. §. 421. n. 4. Ceterum optativus verbi primarii modum sequitur. Cf. §. 54. — *τὴν ἰσὴν γε δύναμιν ἔχει ὅσιν τε ἂν τῇ χειρὶ ἀποκτείνῃ ἀδίκως καὶ ὅσιν τῇ ψήφῳ*. Pro *ὅσιν* exspectabas *εἴ τις*: sed v. Bernhardy. Synt. p. 291. Dem. in Phil. III. §. 16. *τὸ δ' εὐσεβὲς καὶ τὸ δίκαιον ἂν τ' ἐπὶ μικροῦ τις ἂν τ' ἐπὶ μεζονος παραβαλῆ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν*. *Χεῖρ* et *ψῆφος*, manus et suffragium inter se opponuntur Thucyd. 3, 82. *καὶ ἡ μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως ἡ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν*. Lycurg. §. 127. *κτείνειν* — *καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ χειρὶ καὶ ψήφῳ*.

§. 93. *οὐκ ἂν ποτ' ἦλθον κτλ.* Similia legimus apud Andoc. de myst. §. 4. Lycurg. §. 90. — *νῦν δὲ πισειύων*. Structuram inchoatam non absolvit orator, quam infra instaurat verbis *ἐγὼ δ' ἐμαυτῷ τοιοῦτον οὐδὲν ξυνειδῶς ἦκω εἰς ὑμᾶς*. Eiusdem generis est VI. §. 45. confer etiam V. §. 11. — *ἀνδρὶ συναγωνίξεσθαι*. Vid. de hoc infinitivo §. 72. — *μήτ' εἰς τοὺς θεοὺς κτλ.* Noli *μήτ'* mutare in *μηδ'*. De quo genere dixi ad IV. δ. §. 8. — *ἐν γὰρ τῷ τοιούτῳ intell. ἀνδρὶ*. — *διὰ τὸ μὴ ξυνειδέναί ἐαυτῆ*. Verbo *ξυνειδέναί* neque objecti accusativus neque participium subjicitur: qui usus nonnumquam in doctorum virorum reprehensionem incurrit. Tu confer Lys. de ol.

sacr. §. 36. ἔδοκουν ἂν ἐμαυτῷ συνειδέναι. Isocr. ad Demon. §. 16. καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σεαυτῷ γε συνειδήσεις. Lycurg. §. 30. διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτῷ. Dionys. Hal. art. rh. 7, 6. ὅτε εἰ καὶ λανθάνοιεν τοὺς ἄλλους, ἀλλ' ἑαυτοῖς συνίσασι. — τῷ δὲ ξυνειδῶτι τοῦτο αὐτὸ πρῶτον πολέμιόν ἐστι, intellige τὸ ξυνειδέναι, quod latet in ξυνειδῶτι. — ἔτι γὰρ καὶ τοῦ σώματος ἰσχύοντος ἢ ψυχῆ προαπολείπει i. e. nam vel corpore adhuc vigente animus ante deficit. Ἀπολείπειν, προαπολείπειν intransitive poni certum est: Isocr. ad Demon. §. 19. τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει, τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον περιμένει. Plutarch. de s. num. vind. 13. δεῖ γὰρ — εὐλόγως μηδὲ τὴν κόλασιν οἶσθαι δεῖν ἀπαυδᾶν καὶ προαπολείπειν ἐπὶ ταῖς ἀδικίαις: ut facile careamus Reiskii conjectura προεπιλείπει, neque Passovius in lex. h. v. audiendus sit τὸν βίον cogitatione supplens. Ceterum cum severa oratoris gravitate apte contuleris comici jocum, Avv. 1452.

ἐνθα καὶ Πείσανδρος ἦλθε δεόμενος ψυχὴν ἰδεῖν
ἢ ζῶντ' ἐκεῖνον προὔλιπε.

— ἡγουμένη τὴν τιμωρίαν οἱ ἦκειν ταύτην τῶν ἀσεβημάτων. Articulus ante substantivum ferri nequit, quum pronomen demonstrativum subjecti, nomen substantivum praedicti vim habeat. Neque enim aliam sententiam his verbis inesse puto atque hanc ἡγουμένη τοῦτο (τὸ προαπολείπειν) οἱ ἦκειν (ὡς) τιμωρίαν τῶν ἀσεβημάτων. De qua ratione exposuerunt Schaefer. Appar. V. p. 289. Bremi. exc. II. ad Lys. p. 436. Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 510. D. Protag. p. 341. E. Quamquam non displiceret τὴν si pro ταύτην ederetur τὴν: v. ann. cr.

§. 94. τὸ αὐθις κολάσαι. Αὐθις est olim, posthac. Stallb. ad Plat. de rep. 6. p. 510. D. Lach. p. 181. C. Pflugk. ad Eur. Hel. 713. — τοῦ δὲ τούτοις κτλ. Haec verba opponuntur illis τοῦτο μὲν κτλ. Quod quum Reiskium fugeret, τοῦτο μὲν socio suo carere contendit. — χρόνος . . ὁ διαφέρων, tempus differens, nihil aliud esse videtur quam tempus intercedens, moram afferens: nicht lang ist die verzögernde Zeit. — οὗτοι τῶν ἐπειγομένων ἐστὶ τὰ πράγματα. Τὰ πράγματα ponit pro ipsis rerum opportunitatibus, ut Dem. de cor. §. 33. ἦν — ἐν φόβῳ — μὴ — ἐκφυγοῖ τὰ πράγματ' αὐτόν. — νῦν μὲν οὖν γνωρίζαι κτλ. Hoc dicit: in eo quod nunc agitur iudicio ut et testes audiatis et de ipsa re conjecturam faciatis concedo, sententiam ut in altero quod superest iudicio pronuntietis postulo.

Verba τῆς δίκης atque τῶν μαρτύρων trajecta videri in annotatione critica significavi. Ceterum confer Antisthen. Ajac. p. 665. Bkk. κάπειτ' ἴσως γνώσεσθε ὅτι οὐ κριταὶ τῶν λεγομένων ἀλλὰ δοξασαὶ κάθησθε. ἐγὼ δὲ διαγινώσκω μὲν ὑμῖν — ἐπιτρέπω, διαδοξάζειν δὲ ἅπασιν ἀπαγορεύω.

§. 95. ῥᾶσον δέ τοι ἐσιν κτλ. Non dubitavi in verborum ordinem recipere Dobrei conjecturam ῥᾶσον pro vulgata ἀραῖς τῶν quae nihili est. Ad sententiarum seriem quod attinet, possis adduci ut excidisse quaedam existimes, de testibus ab adversariis in iudicium productis mentionem inchoantia. At commemorantur §. 94., ubi non modo suos sed etiam adversariorum respicit testes, de quibus vide §. 12. coll. 90. — ἀνδρὸς περὶ θανάτου φεύγοντος i. e. contra hominem capitis accessitum. Similiter Lys. adv. Sim. §. 44. πολὺ ἂν δικαιότερον αὐτὸς περὶ θανάτου ἠγωνίζετο ἢ ἑτέρους ὑπὲρ τῆς πατρὶδος εἰς κίνδυνον καθίση. Aristot. Rhet. 2, 20. δημαγωγῶ κρινομένῳ περὶ θανάτου. — πείσωσιν ὥς κτλ. Ad πείσωσιν intellige οἱ καταμαρτυροῦντες. Ὡς σαepissime post πείθειν infertur a Thucydide 1, 66. 2, 101. 3, 31. 70. 75. 100. 5, 16. 35. 8, 5. 45. atque aliis: cf. Matth. gr. §. 531. n. 2. Pflugk. ad Eur. Hel. 1039. — οὔτε γὰρ . . . ἐὰν δὲ καὶ. Cf. ann. ad II. α. §. 7. Ad sententiam compara Andoc. de myst. §. 7. Lys. de bon. Aristoph. §. 4.

§. 96. ἐν δὲ τῇ τοῦ φόνου δίκῃ. Cf. §. 12. 88. 90. — ἐμοὶ οὐδεὶς λόγος ἔσαι ἔτι, ἐὰν τι πάσχω, ὡς παρανόμως ἀπωλόμην. Euphemismum ἐὰν τι πάσχω, si quid mihi acciderit si condemnatus mortique addictus fuero, jure Antiphonti restituit Bekkerus: παρανόμως cum Reiskio dedi pro vulg. παράνομος: ἀπωλόμην autem non sollicitandum est; quamquam Bekkerus in annotatione critica posuit ἀπόλλυμαι, quasi hoc in verborum ordinem recepisset. Aoristus de eo, qui jam condemnatus est, adhibitus nihil absoni habet. — ταῦτά τοι. Cf. Hartung. de partt. II. p. 345. — τούτων ὅτῳ βούλεσθε i. e. εἴτε τῷ ὑμετέρῳ εὐσεβεῖ ἢ γον τῷ ὑμετέρῳ ὄρκῳ, εἴτε καὶ τῷ δικαίῳ βούλεσθε πείθεσθαι. Etenim jusjurandum vestrum et mea innocentia praesidio mihi est. Ceterum vid. §. 85.

VI.

IN ORATIONEM DE SALTATORE.

Civis quidam Atticus, choragus Thargeliis editus, qui summum praeberet choro puerorum adornando, quum pueros a parentibus sibi traditos in artibus iis, quibus certatio erat futura, exercendos curaret, subito unus e pueris, Diodotus, Philocratis frater, poculo exhausto exspiravit. Aliquot mensibus interjectis pueri frater atque propinqui choragum accusant interfecti veneno pueri per insidias, *βουλεύσεως* eum crimine arcessentes. (§. 16.) Cujus defensionem ab Antiphonte conscriptam temporum iniquitas non integram ad nostram aetatem propagavit. Quod probat vel Harpocratio vocem *Διῦπόλια* ex hac oratione excitans, quae hodie nusquam apparet. Cf. v. *Διῦπόλια*· *ἐορτή τις ἦν Ἀθηναίων τὰ Διῦπόλια. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ χορευτοῦ.* Quamquam lexicographo ante oculos poterat obversari Antiphontis tetralog. II. δ. §. 8. *τοῖς γὰρ Διῦπολεῖοις ἀπέθανε.* Neque enim ejusmodi lapsus in citandis scriptorum locis raro apud veteres lexicographos deprehenduntur. Cf. Funkhaenel. praef. ad Demosth. Androt. p. X. sq. Epilogo tamen orbatam esse nostram orationem jure meo sumere mihi videor.

Argumenta autem, quibus adversariorum accusationem refellit choragus, partim a re, partim a personis accusatorum repetita sunt. Productis enim testibus evicit se neque ipsum curam suscepisse chori adornandi, sed aliis hoc munus demandasse, neque eo tempore, quo funestum illud poculum hausit puer, domi fuisse: quippe qui illis diebus distentus fuerit negotiis propter *εἰσαγγελίαν* peculatus a se institutam contra Aristionem, Philinum, Ampelinum, scribamque thesmothetarum. (§. 21. 35.) Ad accusatorum autem personas haec respiciunt: plus semel adversarios provocaverat reus ad servos torquendos ingenuosque homines harum rerum conscios interrogandos, quorum testimoniis res transigeretur: quod illi tenaciter recusaverant. Quo accedit quod, quum initio statim post pueri mortem adversarii pecunia corrupti ab Aristione ejusque consortibus, ne choragus beneficii crimine arcessitus atque foro interdictus homines illos, quos per *εἰσαγγελίαν* denunciaverat, in judicio posset persequi, litem ei fuissent intendere conati, judiciorum Atticorum ordine sub anni

exitum capitis quemquam arcessi vetante, coram testibus cum reo in gratiam redierant atque postea eo familiariter erant usi. Neque ante iterum in iudicio persecuti sunt choragum, quam denuo pecunia fuerant corrupti a poristis, poletis, practoribus eorumque scribis, quos peculatus crimini obnoxios vir aerarii direptoribus, ut videtur, infestissimus, quum prytanis munere fungebatur, ad senatum detulerat. (§. 49.)

Tempus, quo dicta est oratio de saltatore, ignoratur: quamquam archonte Theopompo Ol. 92, 2. recentior esse nequit. Porro nomen rei in hac oratione nusquam reperitur: nonnulla denique, quae ab oratore commemorata sunt, obscuritate premuntur. Neque tamen eos audiendos esse puto, qui, quum multa ex oratione de caede Herodis in hanc transtulisse videatur orator (cf. VI. §. 2. cum V. §. 14., VI. §. 3 — 6. cum V. §. 87 — 89. VI. §. 47. cum V. §. 84.), interpolatoris nescio cuius manum in nostra oratione deprehendi putent. Qua in sententia esse video Dobreum Adverss. I, 1, p. 173. Cf. ann. nostr. ad §. 2. sq. Neque enim ejusmodi repetitiones a more oratorum abhorrent, neque vitio possunt verti ubi sententiarum ordo atque nexus eas excusat vel commendat. De qua re adi Theon. Progymn. in Walz. Rhett. gr. I. p. 158. G. A. Becker. Demosthenes als Staatsmann u. Redner p. 384. sq. Funkhaenel. praefat. ad Dem. Androt. p. XII. sq. Antiquitatis equidem situm ingeniique Antiphontei colorem ab oratione de saltatore minime abjudicaverim: quae quot rebus referta sit ad antiquitatis cognitionem utilissimis in aperto est, quippe quum et de choragiae munere et de iudiciorum capitalium ordine non pauca tradat memoriae, quae ab aliis scriptoribus silentio sunt praetermissa.

Habitam esse orationem de saltatore coram sanctissimo Areopagitarum iudicio Matthiae Miscell. Philoll. T. I. p. 167. atque Boeckhii Ind. Lectt. hib. 1826 — 27. est sententia. Quos errasse certissimis argumentis evicit Forchhammer (de Areopago etc. Kil. 1828. p. 29. sqq.). Pertinet enim βούλευσις vel crimen illud, quo quis quacunque ratione hominem studet necare, ita tamen ut ipse a necando manum abstineat, ad Ephetarum iudicium, quos ad Palladium de hoc crimine iudicasse scimus. De qua re adeas velim etiam Meier. in Att. Proc. p. 312. sq. C. F. Hermann. de vestigg. etc. p. 48. Schömann. Antiqq. jur. publ. Graecorum p. 291.

IN ARGUMENTUM.

πόσοι . . χορηγοὶ κτλ. Respicere videtur Demosth. adv. Lept. §. 21. De choragia v. Wolf. Prolegg. Dem. Lept. p. 89. sq. Boeckh. Staatsh. I. p. 487. sq. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 1, p. 133. II. 2, p. 379. 382. sq. Hermann. gr. Staatsalt. §. 161. — τίνος προβάλλονται χάριν. Proprie προβάλλεσθαι est designare atque commendare eligendum: id quod in iis muneribus, quae peti atque ambiri non poterant a candidatis, a quovis cive fieri videtur potuisse. Schöm. de comitt. p. 328. n. Bremi ad Dem. de cor. §. 149. Quam commendationem etiam in hujusmodi liturgiis obtinuisse docet Andoc. de myst. §. 132. atque saepenumero haec actio pro ipso effectu ponitur. Argum. II. Dem. in Mid. Herm. gr. Staatsalt. §. 161, 7. — πόσους τρέφειν . . παιδῶν. Pertinet hoc ad eos qui παιδικοῖς χοροῖς χορηγοῦσιν. Cf. infr. ἔτρεφε παιδῶν. argum. II. Dem. in Mid. τρέφειν χοροῦς παιδῶν τε καὶ ἀνδρῶν. Plutarch. de glor. Atheniens. 6. οἱ δὲ χορηγοὶ τοῖς χορευταῖς ἐγγέλια καὶ θριδάκια καὶ σκελλίδας καὶ μυελὸν παρατιθέντες, εὐώχουν ἐπὶ πολὺν χρόνον, φωνασκουμένους καὶ τρυφῶντας. Boeckh. p. 489. n. Nummos quoque saltatoribus datos esse indicare videtur Xenoph. de rep. Athen. 1, 13. ἀξιῶ οὖν ἀργύριον λαμβάνειν ὁ δῆμος καὶ ἄδων καὶ τρέχων καὶ ὄρχούμενος καὶ πλέων ἐν ταῖς ναυσὶν κτλ. De puerorum in his choris saltantium numero nihil a Demosthene memoriae traditum est. — ὁ μὲν τοίνυν . . χορηγός τις εἶναι λαχὼν τῆς κτλ. Particulae μὲν quod respondeat in sequentibus non est: neque placet τις post χορηγός illatum. Etiam λαγχάνειν ab hac re discrepat, in qua sortitioni non est locus. Neque vero verba τῆς αὐτοῦ φυλῆς Ἐρεχθίδος quisquam jure poterit sollicitare: articulo enim ante Ἐρεχθίδος non est opus. Cf. Plat. Apol. p. 32. B. ἔτυχε ἡμῶν ἡ φυλὴ Ἀντιοχὶς πρυτανεύουσα. Stallb. ad h. l. et ad Phaed. p. 57. B. — ἐπὶ τῆς οἰκίας. Cf. Aesch. in Tim. §. 40. ἐπὶ τοῦ — λαιρείου. 74. ἐπὶ τῶν οἰκημάτων. Isae. de Dicaeog. h. §. 1. 19. 25. 29. al. ἐπὶ τοῦ δικασηρίου. Plutarch. reg. et imperat. apophthegm. p. 71. Tauchn. δυοῖν δὲ ὄντων ἐπὶ τῆς — οἰκίας. — εὐφωνίας ἔνεκα. Haec causa in ipsa oratione nusquam commemoratur. — ὄπερ ἐστὶν κτλ. i. e. quae res etsi crimine vacat tamen probabilem potest reddere suspicionem.

IN ORATIONEM.

§. 1. καὶ εὐχόμενος ἂν τις ταῦτα εὐξαιτο i. q. atque vota faciens ut hoc sibi contingat quisque optet. Herod. de civ. p. 662. extr. Bekk. οἶμαι μὲν γὰρ ἡμᾶς οὐδ' ἂν εὐχομένους ἄλλως εὐξασθαι. — τοῦτο γοῦν ὑπάρχειν intell. εὐξαιτο ἂν.

§. 2. καὶ τοὺς μὲν νόμους κτλ. Leguntur haec etiam in oratione de caede Herodis §. 14., et quae his subjiciuntur §. 3 — 6. tantum non omnia exstant ibidem §. 87 — 89. quae hinc tollenda esse censet Dobreis. Sed omnia optime in hunc quoque locum conveniunt. Vide de hoc loco Spengel. Artt. Scriptt. p. 10. sq. — Particulae μὲν non respondet δέ: μὲν hic ad γε particulae vim accedit atque γε legitur in gemino loco V. §. 14. Cf. ann. ad II. α. §. 7. — πάντες ἂν ἐπαινέσειαν κάλλιςα . . κείσθαι. Similiter verbo ἐπαινεῖν subjicitur infinitivus Eurip. Heracl. 811.

στρατὸς δ' ἐπήνεσ' εἰς τ' ἀπαλλαγὰς πόνων
καλῶς λελέχθαι μῦθον εἰς τ' εὐψυχταν.

Vide de similibus Pflugk. ad Eur. Heracl. 21. Pro πάντες ἂν ἐπαινέσειαν Antipho V. §. 14. habet πάντας ἂν οἶμαι ὁμολογήσαι: illud exquisitius est. — τοὺς τούτων λόγους. Praecedit τοῦ κατηγοροῦ, quod nomen iteratur V. §. 14. At pluralis quoque bene habet. Cf. ann. ad V. §. 89.

§. 3. περὶ τοῦ τοιούτου. Cf. ann. crit. Loquitur de universo genere (de caede): quam ob rem articulus, quem edidi, jure interpositus est. — καταγνωσθεῖσα. V. §. 87. praebet γνωσθεῖσα, atque simplex verbum praestare videtur Reiskio: tu adi ann. ad I. c. et V. §. 12.

§. 4. νόμῳ ἐργεσθαι πόλεως κτλ. Non extremum supplicium pertimescere reum et haec verba indicant et §. 7. docet: ζημίαν, bonorum publicationem, atque exsilium timet, non voluntarium illud, de quo exposui II. β. §. 9. IV. δ. §. 1.: obstant enim ne de hoc genere cogites verba εἰ ἂν ὑμεῖς καταψηφίσθηθε. Cf. Schömann. Antiqq. jur. publ. Graecorum p. 294. Quamquam equidem satis nequeo mirari iudicii lenitatem, quum in legum Atticarum numero hanc quoque fuisse sciam τὸν βουλευσάντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῆ χειρὶ ἐργασάμενον. Andoc. de myst. §. 94. Quo respicere videtur Lucianus in Tyrannicida 12. αἰτίας θανάτου εἶναι διττάς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν ἢ εἴ τις μὴ

αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον ἠνάγκασε δὲ καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου· τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι. *Aptequē de hac re contuleris Plat. Legg. IX. p. 871. E. sq. — ἱερῶν, θυσιῶν. Cave cum Dobreo scribas ἱερῶν, ὁσίων; quo recepto, quum duobus illis verbis divina atque humana cuncta contineantur, locus minus erit aptus his πόλεως, ἀγώνων: neque ἱερῶν et θυσιῶν copulatio insoliti quidquam habet. Xenoph. Hell. 2, 4, 20. μετεσχήμεν δὲ ὑμῖν καὶ ἱερῶν τῶν σεμνοτάτων καὶ θυσιῶν καὶ ἑορτῶν τῶν καλλίστων. Πόλις vero h. l. ad jura civilia, ἀγῶνες ad ludos in universa Graecia celebratos pertinet. Dem. in Aristocr. §. 37. sq. Ceterum absunt haec εἶργεσθαι — ἀποσερολή a loco gemino. — ἀπερ μέγιστα καὶ παλαιότατα. Nomen παλαιότατα, de cujus forma vide Matth. gr. I. p. 322. ed. 3. addubatur a Valckenario: sed potest proprio significato accipi. Cf. Dem. in Neaer. §. 78. ἵνα εἰδῆτε ὡς σεμνά καὶ ἅγια καὶ ἀρχαῖα τὰ νόμιμά ἐσιν. — καὶ ἄν τις κτείνῃ κτλ. Pertinet hoc ad servos proprios. Cf. Platon. Legg. IX. p. 865. D. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 1, p. 268. n. 193. b. Hermann. de vestigg. etc. p. 57. — ἀγνεύει . . καὶ ἀφῆξεται. De futuro tempore vid. ann. ad III. γ. §. 4. — οὕτως ἂν ἄριστα πράξειν. Ἐν futuri infinitivo adjici etsi nonnulli iique gravissimi viri negant, exemplorum copia evincit, quae corrigere omnia vel maxime foret temerarium: neque a recta cogitandi ratione videtur discrepare futura res e conditione suspensa. Exempla vide apud Matth. gr. §. 598. a. Hartung de partt. II. p. 319. Adde Dem. in Timocr. §. 115. adv. Eubul. §. 19. Plat. Crit. p. 53. C. Cratyl. p. 390. E. de rep. p. 506. A. Goeller. ad Thucyd. 1, 140. ann. nostr. §. 10.*

§. 5. ἔσι μὲν γὰρ τὰ πλεῖω . . τοῦ βίου ἐν ταῖς ἐλλεί-
σιν. *Compara Poett. gnom. p. 129. Schaef. ἐν ἐλλείσιν χρῆ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον. — καὶ ἂν μὴ ὁ τιμωρήσων ἦ. Orator V. §. 87. dicit ἄλλως τε καὶ ἐὰν μὴ ἦ ὁ τιμωρήσων, atque suppleri illud ἄλλως τε jubet Reiskius. Quem multum falli puto. Longe enim alius hoc loco est sententiarum nexus. Orator „Necesse est, inquit, et judicium obtemperare sententiae, quamvis non sis caedi obnoxius, et ipsi cedere veritati facinorisque conscientiae, etiamsi non sit, qui ulciscatur interemtum.“ Observatur loquentis animo servus ille a domino interfectus, de quo agit §. 4.*

§. 7. εὐσεβείας ἕνεκα . . καὶ τοῦ δικαίου i. e. ut ma-

nibus defuncti atque juri satisfaceret. — τὴν δὲ κατηγορίαν. *Δίωξις* discernitur a *κατηγορία*: illa ad actionem ab accusatore institutam atque accusationis capita litteris consignata pertinet, haec ad orationem quam coram iudicibus recitavit. Cf. §. 10. ὅστις ἄλλα κατηγορεῖ ἢ ἂ διώκει. — ὅπερ ἀδικώτατόν ἐστι τῶν ἐν ἀνθρώποις. Formulam τῶν ἐν ἀνθρώποις comparaveris loquutioni vernaculae von allem auf der Welt. Cf. §. 25. αἱ ἀνάγκαι αὐταὶ ἰσχυρόταται — εἰσι τῶν ἐν ἀνθρώποις. Poett. gnom. p. 124. Schaeff. ἀρετὴ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις καλῶν. Xenoph. Cyrop. 2, 2, 17. οὐδὲν ἀνισώτερον νομίζω τῶν ἐν ἀνθρώποις εἶναι. Mem. 3, 6, 2. καλὸν γάρ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἐν ἀνθρώποις. Andoc. de myst. §. 67. πῶς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀπιστοτάτην. Dem. adv. Nicostr. §. 2. Diod. Sic. 1, 77. Plutarch consol. ad Apoll. 14. de ser. num. vind. 11. Schneider. ad Xenoph. Agesil. 8, 6. — ζημιῶσαι καὶ ἐξελάσαι. Cf. §. 4.

§. 8. περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος κρίνεσθαι. Non displicet ἀποκρίνεσθαι, quod conjecit Reiskius: sed κρίνεσθαι, sich richten lassen, possit ferri. Primum, inquit, ut de ipsa re iudicetis oratione mea efficiam. — ἐὰν ὑμῖν ἡδομένοις. Verbum ἦ, quod a codicibus abest, seclusi: quo jure quave injuria docebunt quae congressi ad V. §. 32. Ipsa dictio creberrima est: v. Schaefer. Appar. I. p. 641. Intpp. Greg. Cor. p. 376. Stallbaum. ad Plat. Phaed. p. 78. B. Hipp. Min. p. 363. B. Lach. p. 187. D. Dobr. Adverss. I. 1, p. 110. De futuro βουλήσομαι adi. ann. ad V. §. 4. — ἡγοῦμαι γάρ μοι κτλ. Exspectes εἰμοί: sed cf. V. §. 13.

§. 9. ἐπεὶ τοί γε καὶ δεινὸν i. e. nam certe quidem hoc ferri nequit. In loquendi formula ἐπεὶ τοι καὶ apud Atticos numquam γε particulam post τοι insertam reperiri cum Porsono statuit Stallbaumius ad Plat. Hipp. Maj. p. 288. C. Neque γε post ἐπεὶ τοι illati exemplum ex Atticis scriptoribus petitum praesto mihi est: nam quae congressit Lobeck. ad Phryn. p. 342. e Demosthene atque Platone, hodie codicum ope correctae leguntur. Quamquam has particulas a Luciano aliisque consociari certum est. Jacobitz. ad Luc. Jov. Trag. p. 94. Neque causa idonea potest afferri, cur hoc ab Atticis fieri potuisse negemus. — ἵνα μὲν . . ἐνταῦθα μὲν κτλ. Cf. n. ad IV. β. §. 2. — ἐν χορηγίᾳ. De re consulas M. et Sch. Att. Proc. p. 46. Platner. Proc. u. Klag. II. p. 102. — ἀποφήνασι. Simplex verbum φή-

νασι injuria praetulit Reiskius. Cf. Dem. prooem. 48. extr. τοὺς αἰτιλοὺς ὑμῶν ἀποφανῶ. Similis est verbi ἀποδεικνύναι usus. Lycurg. §. 31. τῶν — τοὺς ἐνόχους ταῖς ἀραῖς ἀκριβῶς ἀποδεικνύντων. — οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα . . ἀδικοῦντα τόνδε τὸν ἄνδρα i. e. οὐδ' ὅτιοῦν ἀδικοῦντα ἐμέ. Parum enim recte hunc pronominis demonstrativi usum pro personali ἐγὼ poetarum proprium esse contendunt. (Wolf. in Schaefer. Appar. III. p. 200.) Faciunt mecum Herodotus 1, 108. οὔτε ἄλλοτέ κω παρεῖδες ἀνδρὶ τῷδε ἄχαρι οὐδὲν i. q. ἐμοὶ κτλ., Plato Lach. p. 180. D. ἀλλ' εἴ τι — ἔχεις τῷδε τῷ σαυτοῦ δημότῃ ἀγαθὸν συμβουλευσαι, et noster §. 17. αἰτιῶνται — ὡς οὗτος κελεύσειε πιεῖν τὸν παῖδα τὸ φάρμακον. — τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον i. e. populum Atheniensem. Vid. V. §. 8. — καὶ τοῦ νόμου οὕτως ἔχοντος εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα κατηγορεῖν. Legitimus est infinitivus dictioni ὁ νόμος οὕτως ἔχει subjectus, quippe quae jubendi notionem in se contineat. Cf. §. 36. Andoc. de myst. §. 20. 93. Xenoph. Hell. 1, 5, 5. Andoc. de myst. §. 110. Dem. adv. Lept. §. 135. adv. Timoth. §. 67. Quo pertinet etiam Dem. adv. Lept. §. 9. κατὰ μὲν τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν νόμον γεγράφθαι: qui locus sine causa vexavit interpretes. Vide quae annotavimus ad V. §. 10. Quid sit εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα κατηγορεῖν perspicuum est: cf. Dem. adv. Ebul. §. 7. τὸ γὰρ εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα πάντα λέγειν. §. 60. ἐγὼ δ' εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. Aesch. in Ctes. §. 197. τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγουσιν. in Tim. §. 178. ἀφήμενοι τῶν εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λόγων. Contrarium huic generi est τὸ ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν. Lycurg. §. 11. Lucian. Anach. 21. Schaefer. Appar. V. p. 448. M. et Sch. Att. Proc. p. 718. Platner. Proc. u. Klag. I. p. 186. Lex, quam attingit orator, ab alio nemine, quod sciam, commemorata est. — μηχανῶνται . . . τὰ εἰς τὴν πόλιν. Corrigendi hoc loco necessitatem sibi oblatam esse credidit Dobreis: ego non item. Accusativus enim λόγους ψευδεῖς ex utroque verbo μηχανῶνται et συντιθέντες suspensus est, quibus explicandi atque amplificandi gratia subjiciuntur haec καὶ διαβάλλοντες τὰ εἰς τὴν πόλιν. De re confer Lycurg. §. 11. sq.

§. 10. οὐ ἢ πόλις . . ἐνταῦθα τὴν κατηγορίαν ποιεῖται. Haec comparanda sunt illis ἵνα μὲν ἐξῆν κτλ. §. 9. Singularis vero numerus de uno accusatore positus, praegresso plurali ad omnes adversarios spectante, neminem offendet. — οὔτε

ὄσις ἄλλα κατηγορεῖ ἢ ἃ διώκει ... πιεῦσαι δὴπου αὐτῶ
 κτλ. De re adi ann. ad §. 7. Pronomen αὐτῶ post relativum
 ὄσις adhibitum ubi exspectes demonstrativum genus eodem per-
 tinet quo Thucyd. 3, 13. ὃ γὰρ δοκεῖ μακρὰν ἀπειῖναι ἢ Λέσβος,
 τὴν ὠφέλειαν αὐτῶ ἰγγύθεν παρῆξει. 4, 92. οἷς δὲ γενναῖον τὴν
 τε αὐτῶν ἀεὶ ἐλευθεροῦν μάχη — ἀνανταγώνιστοι ἀπ' αὐτῶν οὐκ
 ἀπλάσιν. 126. καὶ γὰρ ὅσα μὲν — δόκησιν ἔχει ἰσχύος, διδαχὴ
 ἀληθῆς προσγενομένη περὶ αὐτῶν ἐθάροσνε μᾶλλον τοὺς ἀμυνομέ-
 νους· οἷς δὲ βεβαίως τι πρόεξιν ἀγαθόν, μὴ προειδῶς τις ἂν αὐ-
 τοῖς τολμηρότερον προσφέρουτο. Xenoph. Hell. 3, 1, 28. 4, 15.
 55. Lys. pro Mantith. §. 11. Isocr. ad Demon. §. 33. Aesch. in
 Ctes. §. 249. Dem. de Halonn. §. 45. in Mid. §. 47. adv. Leoch.
 §. 68. in Neaer. §. 85. 92. Amat. §. 20. Adde Foertsch. Obs.
 critt. p. 74. Pronominis οὗτος in ejusmodi enuntiatis numquam
 pronomen αὐτὸς gerit vicem: semper enim sine vi atque gravitate
 infertur neque umquam primum locum obtinet: denique in gene-
 raliore tantummodo sententia reperitur, ut pro relativo prono-
 minae ubique possis adhibere formulam εἴ τις. Atque plerumque
 post sententiam relativam locum habet pronomen illud: quam-
 quam interdum ei praemittitur. Cf. Eur. Troad. 684. Seidl. ἀπέ-
 πτυσ' αὐτήν, ἥτις ἄνδρα τὸν πάρος καινοῖσι λέκτροις ἀποβαλοῖσ'
 ἄλλον φιλεῖ. — Verba οὐκ ἂν καταψηφίσσεσθε οὔτ' ἂν ἀπο-
 ψηφίσσεσθε optimorum codicum vestigia temporum injuria ob-
 scurata atque paene deleta persequutus edidi; neque enim in οὐ
 — οὔτε offendi (cf. ann. ad IV. d. §. 8.), neque futurorum for-
 mam repudiavi (vid. ann. ad I. §. 12.), nec denique ἂν particu-
 lam futuri indicativo dubitavi adjicere: quod genus tuebuntur ea,
 quae congesserunt Matthiaeus gr. §. 599. d. vid. ib. n. e. p. 1413.
 ed. 3. Hartung. de partt. II. p. 280. sq. Rost. gr. p. 602. ed. 4.
 Kühner. gr. II. p. 92. Cf. ann. ad §. 4.

§. 11. χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια i. e. für die
 Thargelien, ad festum concelebrandum. Lys. de mun. acc. §. 2.
 ἀνδράσι χορηγῶν εἰς Διονύσια. §. 3. ἐγυμνασιάρχου εἰς Προμή-
 θεια. Xenoph. de rep. Ath. 3, 4. χορηγοῖς — εἰς Διονύσια καὶ
 Θαργήλια καὶ Παναθήναια καὶ Ἡφαίστεια. Schömann. ad Isae. p.
 308. Thargelia Apollini, Artemidi atque Horis consecrata non
 solum puerorum choris celebrabantur, sed virorum quoque cho-
 ros illo festo committi solitos esse scimus. Cf. Lys. l. l. §. 1.
 Θαργηλλοῖς νικήσας ἀνδρικῶ χορῶ, atque Boeckh. Corp. Inscr. I.

p. 343. *ἐνίκα Διονύσια καὶ Θαργῆλια ἀνδράσιν.* Ceterum adi de hoc festo Archiloch. frgm. p. 257. ed. Liebel. Dem. in Mid. §. 10. Athenae. IX. p. 370. init. X. p. 424. extr. Parthen. Erot. 9. Hesych. Suid. Etym. M. s. v. Arsenii Violet. p. 65. Walz. Müller. Dorier. I. p. 243. 286. 326. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 2, p. 140. — καὶ ἔλαχον Παντακλῆα διδάσκαλον. Hunc locum attingit Harpocratio v. διδάσκαλος. ἰδίως διδασκάλους λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων ἢ τῶν κωμωδιῶν ἢ τῶν τραγωδιῶν. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ χορευτοῦ Ἐλαχον, φησί, Πεντακλῆα (scribend. Παντακλῆα) διδάσκαλον. ὅτι γὰρ ὁ Πεντακλῆς ποιητής, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις. πολὺ δέ ἐστιν κἀν τῇ ἀρχαίᾳ κωμωδίᾳ τοῦτομα ἐπὶ τούτου τοῦ σημαυνομένου. Eundem Pantaclem designare videtur Stephanus Byz. v. Ἀτήνη — ὁ δημότης Ἀτηνεύς. Πατροκλῆς Ἀτηνεύς ἐχορήγει καὶ Παντακλῆς, ubi scribendum suspicatur Meinecke Quaestt. scen. III. p. 2. Πατροκλῆς Ἀτηνεύς ἐχορήγει, ἐνίκα Παντακλῆς vel potius Πατροκλῆς Ἀτηνεύς ἐχορήγει, [Κεκροπίς] ἐνίκα, Παντακλῆς [ἰδίως διδασκεν.] ib. p. 63. in Addend. et corrig. Pantacles ille quem commemorant Aristophanes Ran. 975. et Eupolis (v. schol. Arist. l. c.) huc pertineat necne incertum est. Ceterum διδάσκαλος et ὑποδιδάσκαλος omnino is dicebatur, qui chorum in iis artibus erudiebat atque exercebat, in quibus certatio erat futura. Dem. in Mid. §. 17. Plat. Jon. p. 536. A. Wolf. Prolegg. in Lept. p. 90. n. 65. Hesych. v. ὑποδιδάσκαλος. De sortitione quae hic commemoratur vid. Boeckh. Staatsh. I. p. 488. sq. — καὶ Κεκροπίδα. Qui factum sit ut non modo suae sed etiam Cecropidis tribus huic civi chorus adornandus assignaretur, quum unamquamque tribum suam choragum edidisse traditum sit, in occulto latet. Quamquam e Demosthenis Midiana patet, interdum in una alterave tribu per plures annos tribules, ad quos hoc munus pertinebat, defugisse choragiam. Mid. §. 13. — διδασκαλεῖον ἢ ἢν ἐπιτηδειόταταν τῆς ἐμῆς οἰκίας. Cf. Bernhardy. Synt. p. 157. Hoc διδασκαλεῖον appellari solet χορηγεῖον, cf. Epicharm. ap. Polluc. 9, 42. vel ut aliis placet χορήγιον. Poll. 4, 106. Ammon. h. v. Quod Latini dicunt choragium. Vitruv. 5, 9. Plaut. Captiv. Prolog. 61. — Διονυσίοις. Dionysia simpliciter appellari solent magna Liberalia, Διονύσια τὰ ἐν ἄσει mense Elaphebolione concelebrata: quo Dionysiorum festo omnis generis choros commissos esse constat. Boeckh. Abhandl. d. Berl. Akad. 1816. p. 47. Buttm. exc.

ad Dem. Mid. I. Hermann. gr. Staatsalt. §. 161, 2. Schömann. ad Isae. p. 308. — *ἰδίδασκον* i. e. curabam ut docerentur. Cf. verbum *ἀποκτείνειν* IV. α. §. 2. Hujusmodi loci videntur peperisse Ammonii errorem *χορηγὸς ὁ διδάσκαλος*. Cf. ν. *χορήγιον*. — οὔτε ζημιώσας οὐδένα οὔτε ἐνέχυρα βία φέρων κτλ. De jure mulctandi parentes qui pueros recusassent chorago tradere atque pignora ab iis capiendi, choragis concessio, confer Platon. Legg. XII. p. 949. D. Hermann. de vestigg. etc. p. 67. Boeckh. l. l. p. 489. *Ἐνέχυρα φέρειν* dicit pro vulgari *ἐνέχυρα λαμβάνειν* s. *ἐνεχυράζειν*; quod non debebat displicere Reiskio, *φέρειν* auferendi capiente significatum. Vehementer autem erravit Taylorus ad Dem. p. 518, 1. ed. Reisk. in Mid. §. 10. *καὶ Θαρρηγέλιων τῇ πόμπῃ καὶ τῶ ἀγῶνι μὴ ἐξεῖναι μήτε ἐνεχυράσαι μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἐτέρου μηδὲ τῶν ὑπερημέρων ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις*. „Notes hic dici, inquit, in Thargeliorum solennitatibus eandem legibus dari securitatem, quae in Dionysiis dari solebat: idque confirmat Antipho de choreuta.“ At Antipho non de ipsis diebus festis loquitur: chororum enim ante dies festos ludorum deligi, erudiri atque exerceri fuisse solitum per se patet. — ὡς περ ἂν . . ἐγίνετο. *Ἄν* particulae, quam in hujusmodi sententiis id indicare statuunt, *quod fieri soleat*, etiam in hoc genere sua inest vis: ostendit enim rem e conditione aptam esse. Nostrum locum germanice reddideris: wie es *in den einzelnen Fällen, unter Umständen* — geschehen konnte. Ceterum adi Hermann. de part. ἂν I. 7. p. 26. sq. Hartung. de partt. II. p. 250. — *ἐκέλευον καὶ ἡγούμην*. Bekkerus pro *ἡγούμην* conjecit *ἡτούμην*, quod mihi quoque arridet: sed vereor ne quis jure videatur sumere, verbum *ἡγούμην* hoc loco non longe distare a verbi *ἐχορήγουν* notione, in quo nemo, opinor, offenderet.

§. 12. *πρῶτον μὲν*. Cf. ann. ad V. §. 8. — *ἐτύχχανε γὰρ μοι πράγματα ὄντα πρὸς Ἀριστίωνα κτλ.* i. e. actionem intenderam Aristioni ceterisque. *Πράγματα* de rebus forensibus, actionibus, frequentant: cf. Aristoph. Nubb. 461. *πράγματα κἀντιγραφὰς πολλῶν ταλάντων*, Dem. in Steph. I. §. 64. nost. III. β. §. 1. Eorum, quos hic et §. 35. enumerat, nomina per *εἰσαγγελίαν κλοπῆς δημοσίων χρημάτων* ad senatum detulerat, senatus, quum graviore poena crimen videretur dignum esse, ad Heliaeam rejecerat causam. Schöm. de comitt. p. 199. M. et Sch. Att. Proc. p. 263. 359. Hermann. gr. Staatsalt. §. 133. 6. — *κατέ-*
σησα

σησα δὲ ἐπιμελεῖσθαι. Cf. Isocr. Areop. §. 37. ἐπέσησαν ἐπιμελεῖσθαι. Xenoph. Rep. Lac. 2, 2. ἐπέσησε κρατεῖν αὐτῶν. Matth. gr. §. 532. — εἴ τι δέοι τῷ χορῷ. Cf. Eurip. Suppl. 596. ἐν δεῖ μόνον μοι. Valck. ad Eur. Hippol. 23. Pors. ad Eur. Or. 659. Inter pedestris orationis scriptores primum Aristotelem verbo δεῖ accusativum rei adjecisse falso contendit Passovius lex. v. δεῖ. — ἠξίουν i. e. volebam, mandabam.

§. 13. πρὸς τούτῳ δύο ἄνδρας scil. κατέσησα ἐπιμελεῖσθαι. — τὸν μὲν Ἐρεχθηΐδος . . τὸν δ' ἕτερον τῆς Κεκροπίδος. Possis suspicari genitivos suspensos esse e verbo ἐπιμελεῖσθαι, ut uterque praepositus sit suae tribui: sed malim jungere genitivos praegressis τὸν μὲν — τὸν δ' ἕτερον: *alterum de tribu Erechtheide, Amyniam, alterum de tribu Cecropide*. Ceterum discimus ex hoc loco etiam adjutores choragi in colligendo atque adornando choro a tribulibus edi solitos fuisse. Sunt hi οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν, de quibus loquitur Demosthenes in Mid. §. 13. 15. Cf. Schömann. de comitt. p. 369. — Stephanus pro τέταρτον conjiciens τρίτον multum fallitur: sunt enim quatuor curatores Phanostratus, Amynias, tertius e Cecropide, cujus nomen reticetur, et Philippus. Nomina τῆς φυλῆς et τὴν φυλὴν non de universa tribu sed de saltatoribus harum tribuum accipienda esse perspicuum est. — καθεισῆκει μὲν. Cf. ann. ad II. a. §. 7.

§. 14. ἐν τῷ ὑσέρῳ λόγῳ. Vid. praef. ad II. — ὅτι ἂν βούληται εἰπεῖν. Infinitivum etsi non desiderarem si abesset, expellere religioni duco. — πολλοὶ τῶν περιεσώτων. De corona loquitur: vid. M. et Sch. Att. Proc. p. 149. Heffter. Ath. Ger. p. 68. — τὰ μὲν . . καὶ τοῦ ὀρκωτοῦ ἀκούουσιν κτλ. Καὶ particula per anacoluthiam refertur ad μὲν: vid. Hermann. ad Viger. p. 841. Hartung. de partt. II. p. 410. Goeller. ad Thucyd. 2, 78. Ὀρκωτῆς quum sit is qui ad jusjurandum adigit aliquem (Xenoph. Hell. 6, 5, 3. Lobeck. ad Phryn. p. 361.), reus scribam videtur respicere, qui antequam perorarent litigantes ad διωμοσίαν eos adigebat. Praesens vero tempus ἀκούουσιν recte ponitur de re quae modo peracta est. Minus etiam difficultatis habet praesens ἀποκρίνομαι (i. q. ἀπολογοῦμαι, cf. §. 18. II. δ. §. 3.), in quo criticos offendisse miror. *Ea audiunt, inquit, quae ego defensionis causa nunc affero.*

§. 15. πρῶτον μὲν. Cf. V. §. 8. οὔτ' ἐκέλευσα . . οὔτ'

ἤνάγκασα οὐτ' ἔδωκα i. e. neque jussi eum bibere neque co-
 ēgi neque manu porrexi poculum. Minus recte Dobreus: give
 orders that he should take the potion: make him take it (or
 make any one administer): nor administer it. Hoc enim dicit,
 se neque verbis minisque hoc effecisse ut puer poculum hauriret,
 neque ipsum ei porrexisset poculum. — ταῦτα σφόδρα λέγω
 i. q. hoc urgeo, cum contentione dico. Plat. Apol. p. 25. A. et
 26. B. πάνυ σφόδρα ταῦτα λέγω. — πλὴν γε τῆς τύχης κτλ.
 i. e. si exceperis fortunam, vel nisi si accedat fortuna. Cete-
 rum cf. Aesch. d. f. leg. §. 131. διὰ τὴν τύχην ἢ πάντων ἐς κυ-
 ρία. ib. 183. Dem. Ol. II. §. 22. μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλλον δὲ
 τὸ ὄλον ἢ τύχη παρὰ πάντ' ἐς τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα.
 Schaefer. Appar. I. p. 263. — ἦν . . ἀποσρέψαι. Ἀποτρέψαι
 scribi jubet Dobreus: quo verbo haud opus: ἀποσρέψαι τύχην,
 avertere sortem, fortunam, tuetur Sophocles Oed. Col. 1395.
 ubi vid. Wunder.

ὁδοῦ τέλος

— — — —

τοιοῦτον οἶον οὐδὲ φωνῆσαι τι
 ἔξεις' ἔταρτων οὐδ' ἀποσρέψαι πάλιν
 ἀλλ' ὄντ' ἀναυδον τῆδε σγκυῖσαι τύχη.

frgm. 27. Brunck.

ὦ δαῖμον, ὡς οὐκ ἔς' ἀποσροφή βροτοῖς
 τῶν ἐμφύτων τε καὶ θεηλάτων κακῶν.

§. 16. διωμόσαντο. Cf. ann. ad I. §. 8. In proximis διω-
 μόσαντο δὲ particula δὲ in γὰρ vocis locum successit. Quod quo
 jure factum sit docebunt Hermann. ad Viger. p. 845. Hartung.
 de partt. I. p. 167. — βουλευσαντα. Evincit hic locus βου-
 λεύσεως γραφῆ non φαρμακείας usum esse accusatorem. — μήτε
 χειρὶ ἀράμενος μήτε βουλευσας. Artificiosa hujus loci ex-
 planatio, quam proposuit Scholefield. in not. ad Dobr. Adverss.
 I. 1, p. 173. μήτε χειρὶ (ἀποκτεῖναι) ἀράμενος (αὐτήν) ne pluri-
 mis displiceat vehementer vereor: nec magis placet correctio,
 quae olim Dobreo in mentem venit χεῖρα ἀράμενος: Graecorum
 enim consuetudo activum genus videtur requirere. Itaque cum
 viris doctis duce Andocide de myst. §. 94. τὸν βουλευσαντα ἐν
 τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῆ χειρὶ ἐργασάμενον rescripserim h. l.
 ἐργασάμενος pro ἀράμενος.

§. 17. ἐκ τούτων i. e. unter diesen Umständen, demzufolge.

Cf. Matth. gr. p. 1335. ed. 3. — ὡς οὗτος κελεύσειε . . ἢ ἠνάγκασεν ἢ ἔδωκεν. Pronomen οὗτος respicit ad reum, et positum est pro ἐγώ: temere enim Reiskius ad Phanostratum rei generum, quem in iudicio praesto esse sumit, hanc vocem retulit: οὗτος vel ideo pro ἐγώ ponere potuit reus, quod ipsissima adversarii verba ei obversata sunt. Vid. ann. ad §. 9. Transitus vero ab optativo ad indicativum nullo ad sensum discrimine fit hoc loco. Quamquam hoc damus Stallbaumio ad Plat. Menex. p. 240. D. (cf. Schömann. ad Isae. p. 413. Pflugk. ad Eur. Hel. 522. Kühner. gr. II. p. 476.) interdum illam modorum enallagen ita explicandam esse, ut alteram rem tamquam in sola cogitatione positam, alteram tamquam omni ex parte certam atque exploratam a scriptore allatam esse statuamus. Nostri vero loci ea est ratio ut ex oratione obliqua in rectam delapsus esse orator putandus sit. Quae in plurimis obtinet locis. Andoc. de myst. §. 61. καὶ ἐξήλεξα τὰ γενόμενα ὅτι εἰσηγήσατο μὲν — ἀντεῖπον δὲ ἐγώ, καὶ τότε μὲν οὐ γένοιτο κτλ. §. 115. ἔλεγεν ὅτι — ὁ πατήρ — ἐσηγήσατο ταῦτα Ἀθηναίους, ἀκούσειε δὲ κτλ. Dem. adv. Aphob. I. §. 49. ἐτόλμα — λέγειν ὡς — ἐκτέτικεν — καὶ ὡς λάβοιεν κτλ. adv. Phorm. §. 17. ἐμοῦ διαδόχῳ γράψαντος — ὅτι οὔτε τὰ χρήματα ἐνθούτο εἰς τὴν ναῦν οὔτ' ἀποδέδωκε τὸ χρυσίον. in Neaer. §. 81. λέγων ὅτι οὐκ ἦδει Νεαιρας αὐτὴν οὔσαν θυγατέρα ἀλλ' ἐξαπατηθεῖν ὑπὸ Στεφάνου — καὶ — ποιήσαιτο — καὶ — κηδεύσειεν αὐτῶ. Schaefer. Appar. IV. p. 419. Matth. gr. p. 1224. sq. ed. 3.

§. 18. γενέσθαι μέντοι τὰ μὴ γενόμενα . . οὐκ ἐν τοῖς τούτων λόγοις ἠγοῦμαι εἶναι ἀλλ' ἐν τῷ δικαίῳ καὶ ἐν τῷ ἀληθεῖ. Ad vivum omnia resecanti absurda haec possint videri: oratoris tamen sententia in aperto est. Ab aequitate potius, inquit, atque a veritate quam ab accusatorum verbis salus pendet reorum. — ὅποσα μὲν . . πράττεται καὶ ἐπὶ θανάτῳ βουλευθέντα. Non caret offensione καὶ particula, quae in causa fuit ut Dobreus haec ἐπὶ — βουλευθέντα expellenda iudicaret: ferri tamen possit et universa sententia et particula καί, respondens illa quidem latino *idque*. Cf. Plat. de rep. 4. p. 426. A. ποικιλώτερα καὶ μείζω ποιοῦσι τὰ νοσήματα, καὶ αἰεὶ ἐλπίζοντες, εἴαν τι φάρμακον συμβουλεύσῃ, ὑπὸ τούτου ἔσεσθαι ὑγιεῖς. Quam interpretationem etiam Demosthenicus admittit locus or. fun. §. 6. ἀ δὲ καὶ τοῖς εἰδόσι χρήσιμα ἀναμνησθῆναι καὶ τοῖς

ἀπέροις κάλλιζα ἀκοῦσαι καὶ ζῆλον ἔχει πολὺν καὶ μῆκος λόγου ἄλυπον ἔχοντα, ταῦτα ἐπὶ κεφαλαίων εἰπεῖν πειράσομαι, *ubi cum Reiskio Bekkerus seclusit, Dindorfius ejecit particulam.* — τοῦ ἀποκρινομένου. Cf. §. 14. — καὶ θηρεύειν καὶ ἐπὶ μικρὸν ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα i. e. *verba aucupari et suspiciorum in audiendo persequi vestigia.* Qui locus obversatus est *Andocidi de myst.* §. 9. μήτε ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα μήτε ῥήματα θηρεύειν ἀκροασαμένους δὲ διὰ τέλους κτλ. Ἐπὶ μικρὸν ὑπονοεῖν est *sourçonner un peu, to hear with some suspicion.* *Sophocl. Electr.* 414. οὐ κάτοιδα πλὴν ἐπὶ μικρὸν φράσαι. *Dionys. Hal. de Thuc. jud.* 23, 1. τίνων ἐπὶ μικρὸν ἤψαντο. *Krüger. ad Dionys. Hist.* p. 207.

§. 19. ὅπου δὲ κτλ. *Carent haec apodosi, quam ipse orator omisisse possit videri, enuntiationum deinceps positarum serie properantem fallente.* Mirabitur autem lector quid sit quod reus contendat, ipsos accusatores concessisse μὴ ἐκ προνοίας μηδ' ἐκ παρασκευῆς γενέσθαι τὸν θάνατον τῷ παιδί, qui dixit §. 16. διωμόσαντο δὲ οὗτοι ἀποκτεῖναι με Διόδοτον βουλευσάντα τὸν θάνατον. Quae *Dobreus* ita studet conciliare, ut in libello accusatorio actores reum βουλεῦσαι, in oratione casu rem accidisse criminosos esse statuat. Quae accusatorum inconstantia parum credibilis est. *Forchhammerum* quoque (de *Areopago* p. 32.) in hoc falli puto quod credit accusatores ipsos coram iudicibus negasse reum ἐκ προνοίας interfecisse: quam quidem πρόνοιαν pertinere ad causarum *Areopagiticarum* integram notionem inde apparere dicit vir doctus, quod, quos veneficos *Areopagus* cognovisset non ἐκ προνοίας interfecisse, eos non damnavit. *Aristot. Magn. Mor.* 1, 17. Quod quum concesseris fatendum erit prorsus inepte haec pro se attulisse reum, quippe qui βουλεύσεως quacum πρόνοια atque παρασκευῆ numquam conjunctae sint arcessitus fuerit crimine. Neque crediderim equidem subornationem ad caedem vel aliud insidiarum genus carere posse πρόνοια illa atque παρασκευῆ, quam a βουλεύσει abjudicat *Forchhammer*. Itaque aut *Boeckhium* verum vidisse statuas oportet, qui *Ind. lectt. Berol. hib.* 1826 — 27. p. 7. tum hoc largitos esse accusatores credit, quum reconciliari vellent §. 38. 39., aut maligna verborum, quae coram iudicibus fecerant adversarii, interpretatione usum esse reum existimes necesse est. Ceterum de verborum abundan-

tio in μη ἐκ πρ. μηδ' ἐκ παρασπ. conspicua adi ann. ad I. §. 3.
— ἐναντίον μαρτύρων πολλῶν. Cf. §. 22.

§. 20. ἐνθυμηθῆναι . . ἀμφοτέρω καὶ τῆς γνώμης κτλ.
Ἀμφοτέρω prorsus adverbii naturam induit h. l. Bernhardy. Synt.
p. 129. De verbo ἐνθυμῆσθαι cf. V. §. 6. — ἐξ ἀρχῆς, om-
nino. Dem. adv. Lept. §. 56. i. q. ἀρχὴν V. §. 73.

§. 21. ἀναβὰς εἰς τὴν ἡλιακὴν τὴν τῶν θεσμοθετῶν.
Commemorat τὸ τῶν θεσμοθετῶν δικασήριον Andocides de myst.
§. 28. Heffterus Ath. Ger. p. 61. Antiphontem et Andocidem
aedificia designare dicit quibus ad anacrises instituendas usi sint
praetores, die Sitzungsorter der Hegemonen —, wozu sie bei
der vorläufigen Instrukzion der anhängigen Sachen die Gerichts-
lokale benutzten, wenn gerade kein Gericht gehalten wurde.
Rectius Schömannus h. l. de ipso iudicum collegio, cui praesi-
deant thesmothetae, agi statuit Att. Proc. p. 144., atque diserte
in sequentibus iudices commemorantur. Ipsa vocis ἡλιακὴ forma
non injuria in dubium a Taylora vocatur: v. ann. crit. Ἀναβαί-
νειν vero verbum est in hac re usitatum. Andoc. de myst. §. 23.
ἀνέβην ἐπὶ δικασήριον. Dem. adv. Onet. I. §. 32. ἀναβὰς ἐπὶ τὸ
δικασήριον. Plat. Apol. p. 17. E. νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικασήριον
ἀναβέβηκα. p. 40. B. ἦντε ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ ἐπὶ τὸ δικασήριον.
Ascendit Philocrates in Heliastarum iudicium, quia coram thes-
mothetarum iudicio postridie ejus diei Aristionis causa debebat
agi: quae ne agi posset crimen pueri interemti heliastarum prae-
sidibus thesmothesis nunciavit. Caedis enim rei foro atque jure
civitatis arcebantur. Neque verba ad iudices potius quam ad
praesides direxit, quo efficeret ut hi differrent atque procrastina-
rent illam peculatus actionem: neque quae inferuntur §. 23.
verba ἐν τοῖς αὐτοῖς δικασαῖς ad eosdem homines referenda sunt,
quippe quum ad singulas causas dijudicandas sorte eligerentur
iudicum collegia, sed ad idem thesmothesiarum iudicium. Vid.
M. et Sch. Att. Proc. p. 65. sq. Boeckh. Ind. lectt. Berol. hib.
1826 — 27. p. 7. — τῇ ἡμέρᾳ κτλ. Cf. §. 34. — ὅτι τὸν
μὲν νόμον οὐ δίκαιον [οὐ] προκαθιστάτη. Pro δίκαιον οὐ
rescripseris δίκαιως: quo reposito προκαθιστάτη quod e codice
Oxonienſi assumſi, membra illius verbi disiecta colligens, notio-
nem adscisceret verbi προῖσάναι, προῖσασθαι (cf. II. γ. §. 1.),
προφασίζεσθαι. Lex quam commemorat est ea quae caedis reo

ἀπείροισι κάλλιζα ἀκούσαι καὶ ζῆλον ἔχει πολὺν
 ἄλυτον ἔχοντα, ταῦτα ἐπὶ κεφαλαίων εἰπεῖν :

Reiskio Bekkerus seclusit, Dindorfius eiec-
 ἀποκρινομένου. Cf. §. 14. — καὶ θ
 κρὸν ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα i. e. ve-
 num in audiendo persequi vestigia.

Andocidi de myst. §. 9. μήτε ὑπονο
 θηρεύειν ἀκροασαμένους δὲ διὰ τέλοι
 est *sourçonner un peu, to hear* :
 Electr. 414. οὐ κίτοιδα πλὴν ἐστ
 de Thuc. jud. 23, 1. τίνων ἐπὶ
 nys. Hist. p. 207.

§. 19. ὅπου δὲ κτλ.

tor omisise possit videri,
 rie properantem fallente.

reus contendat, ipsos ac

ἐκ παρασκευῆς γενέσθαι

διωμόσαντο δὲ οὕτοι

νατον. Quae Dobr

satorio actores rei

criminosos esse

credibilis est.

hoc falli puto

gasse reum

tinere ad c

parere dic

visset ne

Magn. ¶

sus in

quac

situ

ad

a

poterat τὰ λεγόμενα, quum hoc ad omnia

dicta spectaret, illud autem τὸν λόγον quor-

significaretur verbis appositis τὸν λεχθέντα περὶ

φαρμάκου. Hactenus Klotzius: qui jure tuitus

in, loci sententiam non perspexit. Hoc potius di-

Testes illi et verborum de ea potione habitorum et

men-

—

u

post

ilivum

ione pri-

s. in Agor.

50. Schneider.

p. 102. Appar. I.

110. Stallbaum. ad

scripsi pro vulg. σύμ-

Herodotum in hoc ge-

Comm. ad Odys. V. 243.

illime h. l. poterat excidere

ssam in προεσβίτεροι. Cf. §. 44.

τὰ λεγόμενα πάντα ἠπίσαντο.

όμενα, quae defendit Klotz. Quaestt.

nt, inquit, Reiskius et Bekkerus hae-

nam etsi ante erat dictum τὸν τε λό-

poterat τὰ λεγόμενα, quum hoc ad omnia

dicta spectaret, illud autem τὸν λόγον quor-

significaretur verbis appositis τὸν λεχθέντα περὶ

φαρμάκου. Hactenus Klotzius: qui jure tuitus

in, loci sententiam non perspexit. Hoc potius di-

Testes illi et verborum de ea potione habitorum et

conscii sunt, et omnino omnium eorum quae ego coram
i. e. τὰ λεγόμενα: vid. n. ad III. δ. §. 4. De verbo
ann. crit.

ῥούμην. De hac προκλήσει εἰς μαρτυρίαν
et. p. 44. M. et Sch. Att. Proc. p. 678.
ἐν τοῖς αὐτοῖς δικασαῖς. Vid.
ἕκασον i. q. *nominatim ei unum-*
αὐτῷ ὀνόματι. Uno ὀνόματι
nto: atque saepissime haec
agus notum. Defensorem ta-
Quaestt. critt. p. 104. sq. qui
nomine, adeo nominatim, dictio-
antis loco §. 40. ὀνόματι οὔτος ἐμ-
ον firmari putans. Quamquam loquutio-
on, nomine compellare, longe diversam ra-
Ceterum vide ann. crit. — τούτους ἐρω-
sime haec cum verbo προῦκαλούμην cohaerent:
καὶ λέναι — ἕκασον explicandi atque amplificandi
ela sunt. — τοὺς μὲν ἐλευθέρους ὡς χρῆ τοὺς
ους. Cf. §. 25. M. et Sch. Att. Proc. p. 684. Heffter.
r. p. 313. Platner. Proc. u. Klag. I. p. 237. — τοὺς
ούλους, εἰ μὲν . . δοκοῖεν λέγειν, εἰ δὲ μὴ, ἔτοιμος
αι κτλ. Suppressa post εἰ μὲν κτλ. apodosis neque a poeta-
rum graecorum neque a pedestris orationis consuetudine recedit,
Hermann. ad Vig. p. 833. Schaef. Greg. Cor. p. 47. Thiersch.
gr. p. 643. ed. 3. Matth. gr. §. 617. a. Hartung. de partt. II. p.
213., neque oratores hoc genus aspernantur, Dem. adv. Zenoth.
§. 27. Aristid. or. II. p. 401. Dind. Obliquae vero et rectae ora-
tionis (εἰμι cod. N.) conjunctio nemini videbitur abhorrere a cogi-
tandi celeritate quam illi genti placuisse constat. Cf. ann. ad I. §.
10. Matth. gr. §. 529. 5. Itaque satis nequeo mirari Benseleri
conjecturam ita hunc locum constituentis (Isocr. Areop. p. 95.)
τοὺς δὲ δούλους (sc. ἐκέλευον) εἰ μὲν αὐτῷ ἐρωτῶντι τᾶληθῆ δο-
κοῖεν λέγειν, δίδοναι, εἰ δὲ μὴ ἔτοιμος εἶη δίδοναι, βασανίζειν. „Δι-
δόναι enim, inquit, quod codd. ABZ post ἐρωτῶντι addunt, post λέ-
γειν ponendum et eodem modo quo Xenoph. Exp. Cyr. 6, 6, 31. et
34. per *dimittere* explicandum videtur.“ Cui conjecturae quum
cetera omnia adversantur, tum ne Xenophontis quidem locus pa-
trocinator, ubi δίδοναι cum tertio casu ponitur (δοῦναι σφίσι τῷ

προαγορεύει εἰργεσθαι τῶν νομίμων. Quamquam nescio an emendatio a me proposita sanando huic loco non sufficiat. — κατηγορῶν καὶ διαβάλλων εἰς τὸ δικασήριον. Praepositionis εἰς quae sit ratio in aperto est: Plat. de rep. 7, p. 539. C. εἰς τοὺς ἄλλους διαβέβληται. Aeschin. in Tim. §. 60. μὴ ἀνακηρυχθῆ αὐτῶν ἢ βδελυρία εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν. §. 107. in Ctes. §. 45. Diod. Sic. 1, 27. Stallbaum. ad Plat. l. c. — ἀγῶνων . . αὐριον καὶ ἔνῃ. Pluralem ἀγῶνων posuit, quia non una erat cunctorum causa, sed singulorum causae legibus Atticis seorsim erant cognoscendae: cf. V. §. 70. Xenoph. Hell. 1, 7, 37. Memor. 1, 1, 18. Plat. Apol. p. 32. B. Lys. de bon. Aristoph. §. 6. Heffter. Ath. Ger. p. 128. Platner. Proc. u. Klag. I, p. 119. Neque uno die omnium causas actas esse patet e §. 37. τὴν ἡμέραν ἐν ἣ ἔμελλεν ὁ πρῶτος ἐκείνων κριθῆσθαι. Quamobrem non dubitavi rescribere αὐριον καὶ ἔνῃ *cras et perendie* pro vulg. αὐρ. τῇ ἔνῃ.

§. 22. ἃ μέντοι αἰτιῶτο κτλ. Liberiore orationis forma usus optativos posuit sine conjunctione: saepenumero enim post indicativum vel optativum cum ὡς, ὅτι illatum, et post infinitivum atque participium in oratione obliqua optativum conjunctione privatum subjungunt. Cf. Andoc. de myst. §. 40. Lys. in Agor. §. 9. Isae. de Cir. h. §. 22. Dem. adv. Polycl. §. 50. Schneider. ad Xenoph. Hell. 6, 5, 36. Schaefer. Melett. p. 102. Appar. I. p. 216. V. p. 313. Schömann. ad Isae. p. 410. Stallbaum. ad Plat. Phaed. p. 86. A. — οἱ σύμπαντες scripsi pro vulg. σύμπαντες: quamquam scio Homerum atque Herodotum in hoc genere articulum omisisse. Vid. Nitzsch. Comm. ad Odyss. V. 243. p. 35. Matth. gr. §. 266, c. n. Facillime h. l. poterat excidere articulus propter syllabam praegressam in πρεσβύτεροι. Cf. §. 44. — οἱ τοὺς τε λόγους . . καὶ τὰ λεγόμενα πάντα ἠπίσαντο. Displacent criticis verba τὰ λεγόμενα, quae defendit Klotz. Quaestt. critt. p. 104. Non debebant, inquit, Reiskius et Bekkerus haerere in verbis ultimis . . : nam etsi ante erat dictum τοὺς τε λόγους recte tamen sequi poterat τὰ λεγόμενα, quum hoc ad omnia quaecunque essent dicta spectaret, illud autem τοὺς λόγους quorsum pertineret significaretur verbis appositis τοὺς λεχθέντας περὶ τῆς πόσεως τοῦ φαρμάκου. Hactenus Klotzius: qui jure tuitus est participium, loci sententiam non perspexit. Hoc potius dicit orator: Testes illi et verborum de ea potione habitorem et

ipsius rei conscii sunt, et omnino omnium eorum quae ego coram iudicibus dixi i. e. τὰ λεγόμενα: vid. n. ad III. δ. §. 4. De verbo ἠπίσαντο dixi in ann. crit.

§. 23. προῦκαλούμην. De hac προκλήσει εἰς μαρτυρίαν conf. Hudtwalcker. Diaet. p. 44. M. et Sch. Att. Proc. p. 678. Heffter. Ath. Ger. p. 317. — ἐν τοῖς αὐτοῖς δικάσαις. Vid. §. 21. — λέγων αὐτῷ ὀνομασί ἕκασον i. q. *nominatim ei unumquemque designans*. In vulg. erat αὐτῷ ὀνόματι. Uno ὀνόματι in ὀνομασί mutato omnia sana esse puto: atque saepissime haec verba a librariis confusa esse in vulgus notum. Defensorem tamen vulgata nacta est Klotzium Quaestt. critt. p. 104. sq. qui αὐτῷ ὀνόματι latine reddit *vel nomine, adeo nominatim*, dictionem ὀνόματι λέγειν Antiphontis loco §. 40. ὀνόματι οὗτος ἐμὲ προσαγορεύων καὶ ἐγὼ τοῦτον firmari putans. Quamquam loquutionis ὀνόματι προσαγορεύειν, *nomine compellare*, longe diversam rationem esse patet. Ceterum vide ann. crit. — τούτους ἐρωτᾶν κτλ. Arctissime haec cum verbo προῦκαλούμην cohaerent: verba enim illa καὶ ἵεναι — ἕκασον explicandi atque amplificandi gratia interjecta sunt. — τοὺς μὲν ἐλευθέρους ὡς χρὴ τοὺς ἐλευθέρους. Cf. §. 25. M. et Sch. Att. Proc. p. 684. Heffter. Ath. Ger. p. 313. Platner. Proc. u. Klag. I. p. 237. — τοὺς δὲ δούλους, εἰ μὲν .. δοκοῖεν λέγειν, εἰ δὲ μὴ, ἔτοιμος εἶμι κτλ. Suppressa post εἰ μὲν κτλ. apodosis neque a poetarum graecorum neque a pedestris orationis consuetudine recedit, Hermann. ad Vig. p. 833. Schaef. Greg. Cor. p. 47. Thiersch. gr. p. 643. ed. 3. Matth. gr. §. 617. a. Hartung. de partt. II. p. 213., neque oratores hoc genus aspernantur, Dem. adv. Zenoth. §. 27. Aristid. or. II. p. 401. Dind. Obliquae vero et rectae orationis (εἶμι cod. N.) conjunctio nemini videbitur abhorrere a cogitandi celeritate quam illi genti placuisse constat. Cf. ann. ad I. §. 10. Matth. gr. §. 529. 5. Itaque satis nequeo mirari Benseleri conjecturam ita hunc locum constituentis (Isocr. Areop. p. 95.) τοὺς δὲ δούλους (sc. ἐκέλευον) εἰ μὲν αὐτῷ ἐρωτῶντι τᾶληθῆ δοκοῖεν λέγειν, δίδοναι, εἰ δὲ μὴ ἔτοιμος εἶη δίδοναι, βασανίζειν. „Διδόναι enim, inquit, quod codd. ABZ post ἐρωτῶντι addunt, post λέγειν ponendum et eodem modo quo Xenophi. Exp. Cyr. 6, 6, 31. et 34. per *dimittere* explicandum videtur.“ Cui conjecturae quum cetera omnia adversantur, tum ne Xenophontis quidem locus patrocinator, ubi δίδοναι cum tertio casu ponitur (δοῦναι σφίσι τῷ

προαγορεύει εἰργεσθαι τῶν νομικῶν
 datio a me proposita sanand
 γορῶν καὶ διαβάλλων
 eis quae sit ratio in apert
 τοὺς ἄλλους διαβέβληται.
 αὐτῶν ἢ βδελυρία εἰς π
 Diod. Sic. 1, 27. Stal
 ριον καὶ ἐνη. Plura
 ctorum causa, sed
 erant cognoscendae
 mor. 1, 1, 18. Pla
 Heffter. Ath. Ger
 que uno die on
 ραν ἐν ἡ ἔμελλ
 non dubitavi
 αὐρ. τῆ ἐνη.
 §. 22.
 usus optat
 indicativu
 atque pa
 vatum
 §. 9. J
 ad X
 p. 2
 Pla
 πε
 n
 I. §. 27. Lycurg. §. 29. 30. 32.
 §. 28. ἐπίσταμαι κτλ. Ad verba compares V. §. 84. —
 υροτάτοις. Sine idonea causa, ut videtur, Reiskius post
 v. inseri jubet τεκμηρίοις. Cf. l. c. et §. 38. — τοῖς μὲν
 ἀρτυσι τοῖς μαρτυροῦσιν ἀπιστεῖν ὑμᾶς διδάσκουσι. Re-
 centiores editores ante μαρτυροῦσιν inserunt ἐμοί, pro me, quo
 pronomine non opus. Opponuntur enim *testium* verba *accusa-*
torum praetensionibus: atque abest pronomen a gemino quoque
 loco, ubi participium μαρτυροῦσιν non reperitur. Neque tamen
 in hoc participio haerendum. Cf. Isae. de Pyrrh. h. §. 56. ἀνα-
 γνώσεται ὑμῖν τὴν μαρτυρίαν τὴν μαρτυρηθεῖσαν. Lys. in Nicom.

in hanc sententiam: gratificari
 Quo jure verbum κελεύει correxe-
 contuli ad I. §. 15.

ἴδιοι ἰδιῶται. Judicibus h. l.

Lycurg. §. 79. τρία γὰρ ἐστὶν ἐξ ὧν ἡ

ὁ δικαστής, ὁ ἰδιώτης. Idiotaes quos

genero τῶν περιεσῶτων sunt. Cf. §. 14.

genere est, quo pertinet ἄλλος V. §. 47.

τὸ δίκαιον. i. q. uti hoc titulo juris.

quam hic deprehendimus, etiam apud

2., Isocratem Trapez. §. 54., Demosthe-

37. reperimus. Quamquam in utramque

rum fide solent disputare. Hudtwalcker.

Sch. Att. Proc. p. 679. Platner. Proc. u.

ἐν ἀνθρώποις. Vid. §. 7. — ὅπου εἶξιν

optativo Matth. gr. §. 527. b. — κατειπόν-

contra aliquem, absolute posuit, ut Lys. de ol.

Trapez. §. 55. — τῆς μελλούσης ἔσεσθαι.

sum dicta esse possunt de quavis necessitate im-

ve, non praesenti: sed possis ἀνάγκην μέλλουσαν de

§. 9. J. periculis accipere, quae immineant servis a dominis,

edixerunt.

καὶ εἰ μὲν ἐγὼ κτλ. Vide l. §. 11. — πρόκλη-

ον. Πρόκλησιον, ἔλεγχον, βάσανον φεύγειν in judiciali

genere creberrima sunt: Isae. de Cir. h. §. 11. 13. 14.

Philoct. h. §. 17. Isocr. Trapez. §. 16. Dem. de cor.

adv. Pantaen. §. 44. adv. Aphob. d. f. test. §. 5. adv.

I. §. 27. Lycurg. §. 29. 30. 32.

§. 28. ἐπίσταμαι κτλ. Ad verba compares V. §. 84. —

υροτάτοις. Sine idonea causa, ut videtur, Reiskius post

v. inseri jubet τεκμηρίοις. Cf. l. c. et §. 38. — τοῖς μὲν

ἀρτυσι τοῖς μαρτυροῦσιν ἀπιστεῖν ὑμᾶς διδάσκουσι. Re-

centiores editores ante μαρτυροῦσιν inserunt ἐμοί, pro me, quo

pronomine non opus. Opponuntur enim *testium* verba *accusa-*

torum praetensionibus: atque abest pronomen a gemino quoque

loco, ubi participium μαρτυροῦσιν non reperitur. Neque tamen

in hoc participio haerendum. Cf. Isae. de Pyrrh. h. §. 56. ἀνα-

γνώσεται ὑμῖν τὴν μαρτυρίαν τὴν μαρτυρηθεῖσαν. Lys. in Nicom.

§ 22. ἡ βουλὴ ἢ βουλευούσα. Andoc. de pac. §. 35. οὐ γὰρ μόνον πρὸς γράμματα τὰ γεγραμμένα δεῖ βλέποντας πρᾶσβεύειν ἡμᾶς. Sententibus Dobsonus post οὐς ἐγὼ minorem ponens distinctionis notam nostri verba in hanc sententiam videtur accepisse: *quas praetensiones ego, etiamsi testium orbatu essem auctoritate, confictas esse ostenderem.* Quem dedocere poterant proxima verba. Recte Reiskius: *quas ego praetensiones si jactarem nulla testium auctoritate communitas, nae illi ut falsas et temere a me confictas essent aspernaturi.*

§. 29. εἰ . . . ἂν. πισοὶ ἦσαν. Ἄν particula in protasi post εἰ illata hodie neminem morabitur: ipsa enim conditio ex alia verbis non expressa pendet. Cf. Hermann. de part. ἂν. 1, 10. p. 55. Hartung. de partt. II. p. 245. Kühner. gr. II. p. 559. Stallbaum. ad Plat. Protag. p. 329. B. — παρέχομαι εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας. Praesens tempus de conatu intelligas oportet: cf. Bernhardy. Synt. p. 370. Verba εὐθὺς — ἡμέρας cave moveas loco suo vel interposita καὶ a praegressis disjungas. Nam quum ad idem tempus referri possint atque debeant haec καὶ αὐτὸς ἐγὼ κτλ. quo pertinent illa παρέχομαι κτλ., nihil difficultatis in verbis oratoris inest. Wenn ich — die Dabeigewesenen gleich vom ersten Tage an zu Zeugen anbiete und (gleich vom ersten Tage an) ich selbst so wie alle Zeugen dasselbe aussagen, was gegenwärtig vor euch u. s. w.

§. 30. ὅπου . . . διδάσκοι κτλ. Optativus sequitur verbi primarii modum. Vid. V. §. 54. — ταῦτα i. e. similia, nempe testium verba carere argumentorum auxilio.

§. 31. τούτους μὲν αὐτούς τε . . . καὶ ὑπ' ἐμοῦ. Vereor ne τε particulam post σφῶν αὐτῶν collocatam malis: sed liberior hujus voculae collocatio quum apud alios, tum apud ipsum Antiphontem non semel deprehenditur. Cf. IV. α §. 2.

§. 33. ἵνα δ' ἔτι καὶ ἄμεινον μάθητε. Poterat addere περὶ τοῦ πράγματος: ut rem accuratius cognoscatis. — ὑφ' ὑμῶν πάντων καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν. Cf. Dem. de f. leg. §. 128. ἀπάντων γὰρ ὑμῶν τουτωνὶ καὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων κτλ. adv. Boeot. de dot. §. 59. τοσοῦτων ὑμῶν ὄντων, ὧ ἄνδρες δικασαί, καὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων πολλῶν ἄλλος μὲν οὐδεὶς κτλ.

§. 34. Οὕτοι γὰρ κτλ. Pridie quam efferretur mortuus in vestibulo proponebatur: id quod in lege Solonis est apud Demosthenem in Macart. §. 62. et praecipitur a Platone Legg.

ἄνδρε — τὴν τε ἄνδρε ὑμῶν δίδωμι) in hanc sententiam: *gratificari alicui in reo absolvendo*. — Quo jure verbum *κελεύει* correxerint critici patebit ex iis quae contuli ad I. §. 15.

§. 24. οἱ δικασαὶ καὶ ἕτεροι ἰδιῶται. *Judicibus h. l. opponuntur ἰδιῶται, sicut Lycurg. §. 79. τρία γὰρ ἔστιν ἐξ ὧν ἡ πολιτεία συνέστηκεν, ὁ ἄρχων, ὁ δικαστής, ὁ ἰδιώτης. Idiotae quos commemorat noster e numero τῶν περιεσώτων sunt. Cf. §. 14. Ceterum ἕτεροι ex eodem genere est, quo pertinet ἄλλος V. §. 47. — ἐλθεῖν ἐπὶ τοῦτο τὸ δίκαιον. i. q. uti hoc titulo juris. Cf. V. §. 85.*

§. 25. Sententiam, quam hic deprehendimus, etiam apud Isaeum de Cir. h. §. 12., Isocratem Trapez. §. 54., Demosthenem adv. Onet. I. §. 37. reperimus. Quamquam in utramque partem de tormentorum fide solent disputare. Hudtwalcker. *Diaet. p. 51. M. et Sch. Att. Proc. p. 679. Platner. Proc. u. Klag. I. 243. — τῶν ἐν ἀνθρώποις. Vid. §. 7. — ὅπου εἶεν κτλ. Vid. de hoc optativo Matth. gr. §. 527. b. — κατειπόντες, edicentes contra aliquem, absolute posuit, ut Lys. de ol. sacr. §. 34. Isocr. Trapez. §. 55. — τῆς μελλούσης ἔσεσθαι. Haec in universum dicta esse possunt de quavis necessitate imminente futurave, non praesenti: sed possis ἀνάγκην μέλλουσαν de iis quoque periculis accipere, quae immineant servis a dominis, contra quos edixerunt.*

§. 27. καὶ εἰ μὲν ἐγὼ κτλ. Vide I. §. 11. — πρόκλησιν ἔφευγον. Πρόκλησιν, ἔλεγχον, βάσανον φεύγειν in judiciali loquendi genere creberrima sunt: Isae. de Cir. h. §. 11. 13. 14. 28. de Philoct. h. §. 17. Isocr. Trapez. §. 16. Dem. de cor. §. 226. adv. Pantaen. §. 44. adv. Aphob. d. f. test. §. 5. adv. Onet. I. §. 27. Lycurg. §. 29. 30. 32.

§. 28. ἐπιζαμαὶ κτλ. Ad verba compares V. §. 84. — ἰσχυροτάτοις. Sine idonea causa, ut videtur, Reiskius post h. v. inseri jubet τεκμηρίοις. Cf. I. c. et §. 38. — τοῖς μὲν μάρτυσι τοῖς μαρτυροῦσιν ἀπιστεῖν ὑμᾶς διδάσκουσι. Recentiores editores ante μαρτυροῦσιν inserunt ἐμοί, *pro me*, quo pronomine non opus. Opponuntur enim *testium* verba *accusatorum* praetensionibus: atque abest pronomen a gemino quoque loco, ubi participium μαρτυροῦσιν non reperitur. Neque tamen in hoc participio haerendum. Cf. Isae. de Pyrrh. h. §. 56. ἀναγνώσεται ὑμῶν τὴν μαρτυρίαν τὴν μαρτυρηθεῖσαν. Lys. in Nicom.

§. 22. ἡ βουλὴ ἢ βουλευούσα. Andoc. de pac. §. 35. οὐ γὰρ μόνον — πρὸς γράμματα τὰ γεγραμμένα δεῖ βλέποντας πρεσβεύειν ἡμᾶς. In sequentibus Dobsonus post οὐς ἐγὼ minorem ponens distinctionis notam nostri verba in hanc sententiam videtur accepisse: *quas praetensiones ego, etiamsi testium orbatu essem auctoritate, confictas esse ostenderem.* Quem dedocere poterant proxima verba. Recte Reiskius: *quas ego praetensiones si jactarem nulla testium auctoritate communitas, nae illi ut falsas et temere a me confictas essent aspernaturi.*

§. 29. εἰ . . . ἂν. πῖσοι ἦσαν. Ἄν particula in protasi post εἰ illata hodie neminem morabitur: ipsa enim conditio ex alia verbis non expressa pendet. Cf. Hermann. de part. ἂν. 1, 10. p. 55. Hartung. de partt. II. p. 245. Kühner. gr. II. p. 559. Stallbaum. ad Plat. Protag. p. 329. B. — παρέχομαι εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας. Praesens tempus de conatu intelligas oportet: cf. Bernhardy. Synt. p. 370. Verba εὐθὺς — ἡμέρας cave moveas loco suo vel interposita καὶ a praegressis disjungas. Nam quum ad idem tempus referri possint atque debeant haec καὶ αὐτὸς ἐγὼ κτλ. quo pertinent illa παρέχομαι κτλ., nihil difficultatis in verbis oratoris inest. Wenn ich — die Dabeigewesenen gleich vom ersten Tage an zu Zeugen anbiete und (gleich vom ersten Tage an) ich selbst so wie alle Zeugen dasselbe aussagen, was gegenwärtig vor euch u. s. w.

§. 30. ὅπου . . . διδάσκοι κτλ. Optativus sequitur verbi primarii modum. Vid. V. §. 54. — ταῦτά i. e. similia, nempe testium verba carere argumentorum auxilio.

§. 31. τούτους μὲν αὐτούς τε . . . καὶ ὑπ' ἐμοῦ. Vereor ne τε particulam post σφῶν αὐτῶν collocatam malis: sed liberior hujus voculae collocatio quum apud alios, tum apud ipsum Antiphontem non semel deprehenditur. Cf. IV. α §. 2.

§. 33. ἵνα δ' ἔτι καὶ ἄμεινον μάθητε. Poterat addere περὶ τοῦ πράγματος: ut rem accuratius cognoscatis. — ὑφ' ὑμῶν πάντων καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν. Cf. Dem. de f. leg. §. 128. ἀπάντων γὰρ ὑμῶν τουτωνὶ καὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων κτλ. adv. Boeot. de dot. §. 59. τοσοῦτων ὑμῶν ὄντων, ὃ ἄνδρες δικασαί, καὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων πολλῶν ἄλλος μὲν οὐδεὶς κτλ.

§. 34. Οὗτοι γὰρ κτλ. Pridie quam efferretur mortuus in vestibulo proponebatur: id quod in lege Solonis est apud Demosthenem in Macart. §. 62. et praecipitur a Platone Legg.

XI. p. 959. A. Tertio autem post mortem die sepeliebatur. Plutarch. de ser. n. vind. c. 22. Quamquam eos, qui publice efferrentur, ante diem tertium quam sepelirentur proponi solitos esse docet Thucydides 2, 34. Intpp. Polluc. 8, 46. Ceterum de funeralibus vide Lucian. de luct. 10. sq. Cicer. de legg. 2, 26. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 2, p. 78. sq. Schömann. ad Isae. p. 218. sq. — *προαγορεύειν εἰργεσθαι κτλ.* Cf. V. §. 10. — *καὶ τίτος ἕνεκα καὶ πρόθυμοι ἐγένοντο κτλ.* Particulam καὶ ante πρόθυμοι a Reiskio in suspicionem vocatam nemo hodie sollicitabit. Cf. Andoc. de myst. §. 4. *τί γὰρ ἂν καὶ βουλόμενος — ὑπομείνειεν —*; 148. *τίνα γὰρ καὶ ἀναβιβάζομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἑμαντοῦ;* Lys. in Eratosth. §. 29. *παρὰ τοῦ ποτὲ καὶ λήψεοθε δίκην —*; pro inval. §. 12. *τί γὰρ ἂν καὶ ἔλεγεν;* ib. 23. Isocr. Paneg. §. 160. Dem. in Phil. I. §. 46. Creberrime post interrogativa ποῦ, ποῖ, ποῖος, πῶς, τίς infertur ea particula. Quod genus exemplis illustrarunt Porson. ad Eur. Phoen. 1373. Pflugk. ad Eur. Hec. 515. Alc. 834. 1049. Hartung. de partt. I. p. 137. De vi atque potestate hujus vocis optime exposuerunt Hermannus ad Vig. p. 837. Bremi. ad Demosth. I. p. 143. Hartung. I. p. 135. Stallbaum. ad Plat. Eutyphr. p. 3. A. Ponitur tum potissimum, quum res, ad quam refertur, ab expectatione nostra prorsus est aliena.

§. 35. *κατηγορήσειν ἔμελλον.* De re vide §. 12. 21: verbum *κατηγορεῖν* ad orationem spectat coram iudicibus habendam: ipsa enim accusatio jam ante scripto consignata magistratui tradita erat ab actore. Cf. §. 7. 10. M. et Sch. Att. Proc. p. 194. — *τοῦ ὑπογραμματέως τῶν θεσμοθετῶν.* Omnibus omnino magistratibus scribas suas fuisse scimus: vid. Schöm. de comitt. p. 318. M. et Sch. Att. Proc. p. 705. Heffter. Ath. Ger. p. 32. *ὑπογραμματέων* vero vile atque contemptum erat munus: cf. Lys. in Nicom. §. 27. 28. Dem. de f. leg. §. 200. 237. 249. Suspectum h. l. est J. Bakio *τῶν θεσμοθετῶν.* Quid thesmothesis, inquit, cum publicae pecuniae administratione? Praeterea si thesmothesiarum hi subscribae fuerunt, quo modo altero loco (§. 49.) Poletis ceterisque dicuntur *ὑπογραμματεῦεν*? Hactenus Bakius. Qui multum fallitur Aristionis ceterorumque causam cum Poletarum eorumque qui §. 49. commemorantur causa confundens. In quo errore alios quoque esse video. Cf. ann. ad §. 49. Thesmothetarum autem quaenam sint partes in hac re, quum

obiter tantum atque perfunctorie ipsa causa attingatur ab oratore, in aperto non est. — εἰς ἡγγεῖλα εἰς τὴν βουλὴν. Usitata in foro Attico est haec dictio. Andoc. de myst. §. 37. Isocr. de big. §. 6. Dem. in Mid. §. 121. Similiter Isaeus de Nicostr. h. §. 28. ἀπογραφεῖς εἰς τὴν βουλὴν κακοργῶν: audacter vero idem orator de Pyrrh. h. §. 62. εἰσαγγελθεῖς εἰς τὸν ἄρχοντα. — τοιαῦτα ἄρ' ἦν. Cave γὰρ reponas pro ἄρ'. V. Hartung. de partt. I. p. 446. — ἀπογράφεσθαι καὶ προαγορεύειν κτλ. Ἀπογράφεσθαι et actor dicitur, qui nomen rei defert (§. 37. 44. 46.), et magistratus, ad quem defertur (§. 41. 42.). M. et Sch. Att. Proc. p. 254. Neque verba καὶ προαγορεύειν — νομίμων debebant displicere Dobreo: quae adduntur etiam §. 34. παρεσκευάζοντο αἰτιάσθαι καὶ προαγορεύειν κτλ. Πρόδησις enim illa non ad solum magistratum sed etiam ad accusatorem refertur. Heffter. Ath. Ger. p. 362. 7. Schömann. Antiqq. jur. publ. Graecorum p. 289. sq. et nost. §. 40.

§. 36. ὁ γὰρ νόμος οὕτως ἔχει. Cf. §. 9. — ἀποφεύξεσθαι καὶ δίκην οὐ δώσειν. Negativa οὐ non tentanda est in opposita sententia ad unum infinitivum δώσειν potissimum pertinens neque universam afficiens sententiam. Hartung. de partt. II. p. 125. — ἐπ' ἐμοὶ.. ἐμηχανήσαντο. Cf. §. 9. μηχανῶνται ἐπ' ἐμέ. Sed vide quae collegi ad V. §. 79.

§. 37. τῇ ὑσεραλίᾳ ἢ ὁ παῖς ἐθάπτετο i. q. τῇ ὑσεραλίᾳ ταύτης τῆς ἡμέρας ἐν ἣ ὁ παῖς ἐθάπτετο. Imperfecti loco e nostri sermonis ratione ponendum erat plusquamperfectum: de quo genere dixi ad V. §. 29. Ἡ particula ante relativum pronomen non est opus: quae plenior loquendi ratio placuerit Bastio Append. ep. cr. p. VII. epimetr. ad Aristoph. Plut. XXXVI. Cf. Stallbaum. ad Plat. Crit. p. 44. A. Tu confer Dem. in Mid. §. 119. τῇ μὲν προτεραίᾳ ὅτε ταῦτ' ἔλεγεν. adv. Macart. §. 62. τῇ ὑσεραλίᾳ ἢ ἂν προθῶνται. Buttm. ad Mid. 33. Schaefer. Appar. III. p. 413. V. p. 122. sq. Neque vero ipsa res ab oratore narrata repugnat iis quae §. 21. relata sunt: ibi enim non de justa accusatione agitur: neque iis quae leguntur §. 34: quippe quum eo loco orator dicat tertio post pueri mortem die *consilium istos cepisse* accusandi choragi, contra hic aperiat tunc temporis eos propensos fuisse ad *litem ipsi intendendam postridie ejus diei*. Quod quum fugeret Dobreum, variis modis vir egregius hunc locum sollicitavit. — πρὶν τὴν οἰκίαν καθᾶραι κτλ. Cf.

Schol. Aristoph. Nubb. 815. ἔθος ἦν μετὰ τὴν ἐκκομιδὴν τοῦ νεκροῦ λούεσθαι τοὺς κατ' οἶκον καθαρμοῦ χάριν. Ipsam quoque domum lustratam esse noster docet. Τὰ νομιζόμενα, quae h. l. commemorantur, sunt justa funebria proximis post funus diebus persolvenda. Aeschin. in Ctes. §. 77. ἐβδόμην δ' ἡμέραν τῆς θυματρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν ἔβουθύτει καὶ παρενόμει. Heffter. Ath. Ger. p. 361. Schömann. ad Isae. p. 182. sq. 217. sq.

§. 38. χρόνον ἀπέδειξεν ὅτι οὐκ ἐγχωροίη κτλ. Non dubitavi recipere ὅτι pro τί: quamquam haud scio an jure χρόνον intactum reliquerim: praestiterit scribere τὸν χρόνον. Cf. nost. §. 45. οἱ μὲν ἄλλοι ἅπαντες ὅσοις — ὁ χρόνος μὴ ἐνεχώρει. Lys. in Evand. §. 6. ὁ χρόνος οὐκ ἐγχωρεῖ ἄλλον ἀποκληρῶσαι. Dem. adv. Onet. I. §. 39. ἐκ τοῦ τὸν χρόνον μὴ ἐγχωρεῖν — ἀποδοῦναι τὰ γύριον. — τὰς κλήσεις καλεῖσθαι i. q. τὰς προσκλήσεις προσκαλεῖσθαι. Cf. Valck. animadv. in Ammon. p. 127. M. et Sch. Att. Proc. p. 576. 2. Iteratae in jus vocations ad tres προδικασίας illas videntur spectare, de quibus infra loquitur §. 42. Ceterum tangunt hunc locum Heffter. l. c. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 105. — τοὺς ταῦτα μηχανωμένους scil. Aristionem, Philinum ceterosque. — ἐτιμήθη αὐτοῖς ὡν αὐτοὶ ἐπίστασθε. Τιμῶν τινί τινος dicitur judex, τιμᾶσθαι in medio genere actor et reus. M. et Sch. Att. Proc. p. 180. 724. — καὶ οὗτοι sc. accusatores mei, Philocrates cum advocatis. — οὐδὲν αὐτοῖς οἷοί τε ἦσαν ὠφελῆσαι. Thom. Mag. p. 408. Ritschl. ὠφελῶ σε πάντες ῥήτορες· πρὸς δοτικὴν δὲ μόνον ποιηταί. — καὶ Θουκυδίδης ἅπαξ ἐν τῇ πέμπτῃ· ὠφελεῖν Ἀθηναίους Λακεδαιμονίοις τρόπῳ ᾧ ἂν δύνωνται. Idem docet Phavorinus de loco Thucydideo 5, 23. ubi codices plurimi praebent accusativum. V. Goeller. ad Thucyd. 8, 96. p. 480. ed. 2. Poetarum locos dedit Matth. gr. §. 391. Adde Eur. Alc. 41. Suppl. 326. Heracl. 331. 681. Pflugk. et Passov. lex. v. ὠφελίω. Apud veteres Atticos prosae scriptores interdum huic verbo dativum subjungi docet Kühner. gr. II. p. 212. n. 1., exempla afferre supersedit: contra Passovius hunc usum recentioribus pedestris sermonis scriptoribus, Aristoteli et qui post hunc vixerunt, tribuit. Equidem et Antiphontis locum sanissimum esse puto et haud scio an Thucydidi quoque hoc genus restitui debeat. — ἰδέοντο διαλλαγῆναι. Hoc ante postulatam actionem in causis

publicis fieri solebat: nam ne hujusmodi transactiones post institutam fierent actionem, impedimento erat mulcta mille drachmarum atque ἀτιμία actori μὴ ἐπεξιόντι proposita. Loci nostri sententiam parum perspicuus Hudtwalckerus Diaet. p. 162. n. cum iis transactionem factam esse credidit, quos peculatus crimine in jus vocaverat choragus: sed οὔτοι sunt accusatores, qui in hoc ipso iudicio praesto sunt. Quod et praegressa docent et ea quae his subjiciuntur. Vid. M. et Sch. Att. Proc. p. 702.

§. 39. ἐν τῇ πόλει ἢ ἐν τῇ ἀκροπόλει. Thucyd. 2, 15. τὸ δὲ πρὸς τοῦτου ἢ ἀκρόπολις ἢ νῦν οὕσα πόλις ἦν — καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτην κατοίκησιν καὶ ἢ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Ἀθηναίων πόλις. Moeris Att. p. 233. ed. Lips. Anecd. Bekk. I. p. 295. Valcken. ad Herod. 7, 26. Ducker. et Goeller. ad Thuc. I. c. — διήλλαττον ἡμᾶς πρὸς τῷ νεῷ τῆς Ἀθηναῖας. Non in vicinia templi Minervae Poliadis sed in ipso templo cum accusatoribus reum transegisse puto: transactionesque et alia hoc genus in ipsius Minervae (cf. Isocr. Trapez. §. 17. sq. Dem. pro Phorm. §. 15.) atque in aliorum deorum templis fieri solita esse constat. Hudtwalcker. Diaet. p. 13. Plutarch. Apophth. Lacon. p. 124. VI. Tauchn. Atque πρὸς praepositio nonnumquam reperiri ubi exspectemus ἐν, certum est. Quem usum injuria Bernhardy. Synt. p. 264. solis recentioribus assignat Graecis. Cf. Sophocl. Oed. C. 9. εἴ τινα βλέπεις ἢ πρὸς βεβήλους ἢ πρὸς ἄλσειω θεῶν. Aj. 95. ἔβαψας ἔγχος εὐ πρὸς Ἀργείων στρατῶ. Trach. 371. ταῦτα πολλοὶ πρὸς μέση Τραχινίων ἀγορᾷ ξυνεξήκουον. Thucyd. 2, 47. ὅσα τε πρὸς ἱεροῖς ἰκέτευσαν. 3, 57. οὐδὲ πρὸς ἱεροῖς τοῖς κοινοῖς σκῦλα ἀπὸ ἡμῶν τῶν εὐεργετῶν τῆς Ἑλλάδος ἀνατεθῆναι. De quo idiomate vide Thom. M. p. 303. R. πρὸς ἱεροῖς ἰκετεύω Ἀττικοὶ λέγουσιν, οὐ πρὸς ἱερά. Adde Plutarch. Num. 7. Sol. 21. Coriol. 30. 33. Nic. 28. Thucyd. 6, 68. παρασήτω δὲ τινι καὶ τότε, πολὺ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν εἶναι καὶ πρὸς γῆ οὐδεμιᾷ φιλίᾳ ἦντινα μὴ αὐτοὶ μαχόμενοι κτήσεσθε. Hermann. ad Sophocl. Trach. 371. Schaefer. Greg. Cor. p. 890. Glossar. Livian. p. 57.

§. 40. ὃ Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες. Usitatae sunt ejusmodi obtestationes apud oratores. Cf. Aesch. in Tim. §. 70. 87. in Ctes. §. 156. Dem. de Chers. §. 49. in Phil. III. §. 54. IV. §. 7. 25. et quae conguessit Amersfoordt. ad Dem. de symm. §. 39. in Schaefer. Appar. I. p. 802. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 2. p. 123.

5. Neque vero semper in his obsecrationibus Jovi primus conceditur locus. Cf. Dem. de cor. §. 294. *νή τὸν Ἡρακλέα καὶ πάντας τοὺς θεοὺς.* Aelian. V. H. 2, 9. *ὁ Πολιάς Ἀθηναῖ καὶ Ἐλευθέριε Ζεῦ καὶ οἱ Ἑλλήνων θεοὶ πάντες.* — *ἀπτόμενος ἐμοῦ διελέγετο* scil. *ἐμοί*: sed objectum in participii atque finiti verbi concursu semel poni atque aut cum participio aut cum verbo finito solet construi. Exempla ejus generis quo noster utitur vide apud Krüger. ad Dionys. Hist. p. 119. — *ὀνόματι οὗτος ἐμὲ προσαγορεύων καὶ ἐγὼ τοῦτον.* Cur οὗτος e codice Oxoniensi receperim pro *ὁ τοιοῦτος* vel opposita *καὶ ἐγὼ τοῦτον* satis declarant. Ὀνόματι vero προσαγορεύειν non minus recte dici existimo quam *ὀνομασί προσαγορεύειν*, quod habes Xenoph. Cyrop. 5, 3, 47. Plutarch. Popl. 6. Jul. Caes. 44. Athenae. X. p. 427. extr. Confer Aeschin. in Tim. §. 24. *ὀνόματι αὐτῶν ἓνα ἕκασον ἀπορεῖ προσειπεῖν.* Recentiores etiam *ἐξ ὀνόματος προσαγορεύειν* usurpant. Diod. Sic. 4, 48. 13, 15. Plutarch. Crass. 3. — *τῇ προτέρᾳ.* Exspectabas *τῇ προτερᾷ*: nam eos, qui accurate loquantur, semper hac forma uti contendunt, atque alteram reprobari ab Ammonio atque Thoma — *προτέρα ἐπὶ τάξεως, προτερᾷ δὲ ἐπὶ μόνῃς ἡμέρας* — statuunt. Quamquam hoc in lexicographorum verbis non inest: atque diserte testatur Pollux 1, 65. *φαλῆς δ' ἂν — καὶ τῇ προτερᾷ καὶ τῇ προτέρᾳ,* quocum faciunt Homerus II. 21, 5. *ἤματι τῷ προτέρῳ.* Od. 16, 50. *ἂ ῥα τῇ προτέρῃ ὑπέλειπον ἔδοντες.* Andoc. in Alcib. §. 29. *τῇ προτέρᾳ τῆς θυσίας,* ubi codicum auctoritate posthabita cum Valckenario recentiores dederunt *τῇ προτερᾷ.* Aristot. Polit. 5, 12. *τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ — τῆς τροπῆς.* Plutarch. Aem. Paull. 19. *τῇ προτέρᾳ τῆς μάχης:* Jul. Caes. 32. *τῇ προτέρᾳ νυκτὶ τῆς διαβάσεως.* Atque nonnumquam boni codices hanc scripturam praebent pro vulgata *τῇ προτερᾷ,* velut Thuc. 5, 75. Xenoph. Anab. 2, 1. 3. Dem. in Mid. §. 121. Ducker. ad Thucyd. 5, 75.

§. 41. *καὶ μοι μνήσθητε.* Admonet iudices eorum, ut videtur, quae ab actore in accusatione prolata erant atque aliarum rerum, quae universis civibus notae erant. Cf. §. 43. sq. — *καὶ πρῶτον ἂ τοῦ βασιλέως κατηγοροῦσι καὶ ... τοῦτο δὲ κτλ.* Neque enuntiatio libera *καὶ διὰ τὴν — δίκην* relativae annexa sententiae insoliti quidquam habet: cf. Dem. de symmor. §. 15. Lycurg. §. 9. Krüger. ad Xenoph. Anab. 1, 1, 2. et in ed. Blum. Lycurgi p. 64: neque pronomen relativum in protasi

positum, ubi Latini *quod, quod attinet ad* adhibent exemplis caret. Vid. Matth. gr. §. 478. *Δὲ* autem particula in apodosi τοῦτο δὲ κτλ. propter oppositionem infertur, quae est in verbis. Scilicet quod secum facere putant, hoc ipsum contra eos facit. De quo genere vide Fritzs. ad Lucian. p. 45. sq. De adverbio πρώτον vide IV. γ. §. 2. — διὰ τὴν ἐμὴν σπουδὴν, propter studium in me. Cf. V. §. 41.

§. 42. τρεῖς προδικασίας ποιῆσαι. Προδικασίας Bekkerus Antiphonti restituit, atque e nostro loco excerpit Pollux 8, 24. Trinas illas quaestiones in Prytaneo institutas esse dicit Photius lex. p. 452. προδικασία. οἱ τὰς ἐπὶ φόρῳ δίκας ἐγκαλούμενοι ἐν Πρυτανείῳ πρὸ τῆς δίκης διατελοῦσιν ἐπὶ τρεῖς μῆνας, ἐν οἷς ἕξ ἑκατέρου μέρους λόγοι προάγονται. τοῦτό φασι προδικασίας. Similia tradit Suidas v. προδικασία. Adi etiam Bekker. Anecd. I, p. 186. v. διαλαχῆν. — ὅταν δὲ προγυμνάσῃται ἡ δίκη πρὸ τῆς κυρίας προδικασίας λέγεται. Disseruit de his quaestionibus, quas praeside rege in Prytaneo a iudicibus institutas esse sumit, Theod. Bergk. in epist. ad Schiller. edit. Andocid. p. 128. Quamquam male Prytaneum immiscuisse lexicographos jure Schömannus Antiqq. jur. publ. p. 291. videtur contendere. — οἶός τ' ἂν ἦν. Ἄν omittunt recentiores editores: quod ferri potest. Non potuisset, inquit, si voluisset: in quibus ironiae umbra quaedam apparet. — ἦν τινα οὐν μήτε κτλ. De negativa μήτε vide ann. ad V. §. 65.

§. 43. ὅτι οὐκ ἀδικεῖ αὐτοὺς i. e. dafs er gegen sie nicht im Unrecht ist. Imperfectum ἠδίκει invitis codicibus receperunt Reiskius atque Bekkerus: quamquam praesens hujus verbi tempus in status cujusdam atque conditionis notionem abiit, atque ipsius Antiphontis aliorumque scriptorum consuetudine defenditur. Cf. ann. ad IV. δ. §. 9. et Dobr. Adverss. I. 2, p. 434. — ἐτέροους τῶν ὑπευθύνων ἔσειε καὶ ἐσυκοφάντει. Magistratus, qui in εὐθύταις muneris gesti debebant rationes reddere, calumniis eo tempore a sycophantis solebant exagitari, nummularum aliquid ab ipsis exprimere cupientibus. M. et Sch. Att. Proc. p. 222. Bremi. ad Lys. in Theomn. §. 16. Verbum σεῖειν de sycophantis ea aetate frequentant, velut Aristoph. Pac. 617. Both.

τῶν δὲ συμμάχων ἔσειον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους,
αἰτίας ἂν προσηθέντες ὡς φρονεῖ τὰ Βρασιδα.

Equitt. 783.

ἢ πολλὰ χροῖματ' ἐργάσει σείων τε καὶ ταράττων.

De quo verbo vid. lexicographus in Bachmann. Anecd. I. p. 363. σείσαι τὸ συγκοφαντῆσαι, ἀπὸ τῶν τὰ ἀκρόδρα σείοντων, et Photius lex. p. 373. B. Cui interpretationi favet Suidas p. 1310. Bernhardy. Διασειῶν τοὺς ὑπευθύνους εἰ πέπων ἢ μὴ πέπων, et schol. Equitt. Aristoph. 66. verbum δωροδοκεῖ explicans δῶρα λαμβάνει καὶ διασειεί. Quamquam apud recentiores σείειν in universum est vexare. (Plat.) Eryx. p. 397. D. κατεγέλα τε καὶ ἐχλεύαζε καὶ ἔσειεν αὐτόν. Ceterum de hoc loco adi Platner. Proc. u. Klag. I. p. 424.

§. 44. ἐπειδὴ γὰρ οὐτοσὶ ὁ βασιλεὺς εἰςῆλθεν i. e. postquam is, qui in iudicio praesto est, rex magistratum inivit. Εἰσέρχεσθαι, εἰσιέναι verba in hac re sunt legitima. Dem. in Steph. II. §. 14. ὅτε Σόλων εἰσῆει τὴν ἀρχήν. in Neaer. §. 72. ὅτε εἰσῆει εἰς τὴν ἀρχήν. Aristot. Polit. 4, 5. ἕτερον εἶδος ὀλιγαρχίας ὅταν παῖς ἀντὶ πατρὸς εἰσῆι. ib. 14. ὅταν παῖς ἀντὶ πατρὸς εἰσῆι καὶ κύριοι τῶν νόμων ὦσιν. — τριάκοντ' ἡμέρας. τούτων ἦτινι ἐβούλοντο, exceptis, ut videtur, diebus nefastis. M. et Sch. Att. Proc. p. 578. Solidus autem mensis erat Hecatombaeon, etsi Petito aliter videtur. Tu audi Schömannum de comitt. p. 35. — παρῆσαν καὶ τούτου τοῦ μηνὸς εἴκοσιν ἡμέρας κτλ. Infra §. 45. dicit reus, se cum tribulibus suis primo ejus anni prytaneatu functum esse, biduo excepto: atque aliis locis §. 40. 49. significat ipsam accusationem in causa fuisse ut abiret magistratu. Prytanes autem in vulgari anno lunari dies tricenos quinos aut senos senatui atque comitiis praesidebant, in intercalari anno prytaniae aut XXXVIII, aut XXXIX dierum erant. Cf. Schol. Plat. Legg. p. 459. ed. Bekk. Suid. v. πρυτανεία. Schömann. de comitt. p. 33. sq. Itaque non quinquaginta dies ejus anni praeterlapsi sunt ante quam nomen rei detulerunt accusatores sed triginta et quod excurrit, atque pro εἴκοσιν rescribendum τρεῖς vel τέσσαρας si de vulgari agatur anno, sin minus εἴς vel ἐπτά: pro πεντήκοντα autem ponendum τριάκοντα. Corruptos esse numeros etiam v. πλέον arguit: viginti enim atque triginta dierum summa quinquaginta dierum numerum non excedit. Equidem omnium errorum fontem exstitisse puto numerum λ' (τριάκοντα) a nescio quo in ν' (πεντήκοντα) mutatum: quas litteras nonnumquam confusas esse scimus a librariis. Quo numero depravato etiam in praegresso peccandum erat. Antiphontaeae orationis inconstantia non fugit Petitum Legg. Att. I, 1. tit. I, 24; quam

quam Wesselingius ad Petit. l. c. ita tollere studet, ut ejus de quo Antipho loquitur prytae principium cum ipso mense Hecatombaeone non fuisse inchoatum statuat. Sed certissimum est jam Olymp. 72, 3. archontes mense Hecatombaeone magistratum suscepisse. Boeckh. Indd. lectt. univ. Berol. 1816. de Antigone p. 48. Ideler. Chronol. I. p. 288. 291. 323. 381., repugnatque ista sententia ipsius Antiphontis verbis §. 42. et init. huj. §. — Formam *παρήσαν* de qua v. ann. crit. codicum consensu comprobata mutare nolui.

§. 45. *μη̄ ενεχώρει*: Praetulerim *μη̄ εγγωρεῖ*, quum generaliore sententiam et sententiarum nexus videatur postulare et *μη̄* negativa commendet. Atque recte Dobreus hujusmodi sententiam excidisse putat *εὐθύς εἰσελθόντος τοῦ διαδόχου ἀπογράφονται*. — *οὔτοι δ' ... εἰς τὸ βουλευτήριον*. Interruptus post haec verba est orationis tenor, sententiamque inchoatam §. 46. demum absolvit, *καὶ οὔτοι κτλ.* Cf. V. §. 93. — *βουλευόντα καὶ εἰσιόντ' εἰς τὸ βουλευτήριον* i. e. me senatoris munere fungentem atque in curiam ingredientem. — *Διὸς Βουλαίου καὶ Ἀθηναῖς Βουλαίας ἱερὸν*. Ἱερὸν sacrarium est vel sacellum. Jovi atque Minervae senatores quotidie, quum curiam ingrederentur, preces adhibuisse unus Antipho docet. Jovem *Βουλαῖον* saepius commemorant, velut Plutarch. an sen. ger. resp. 10. *τοὺς δὲ τοῦ Βουλαίου καὶ Ἀγοραίου καὶ Πολιέως Διὸς ὑπηρέτας* i. e. magistratus. id. reip. ger. praecept. 5. *οὐδὲ Διὸς Βουλαίου μόνου ἐχρηζον*. 26. *ἐπεὶ δὲ κοινὸν ἐστὶν ἱερὸν τὸ βῆμα Βουλαίου τε Διὸς καὶ Πολιέως καὶ Θέμιδος καὶ Δίκης*. Cf. Ulpian. ad Dem. in Mid. §. 115. Atque *Θέμιδος Βουλαίας* (Plutarch. reip. ger. praec. 5.) et *Ἐστίας Βουλαίας* injiciunt mentionem Andoc. de myst. §. 44. de red. §. 15. Xenoph. Hell. 2, 3, 52. Aeschin. de f. leg. §. 45. Harpocr. v. *Βουλαία*. Suid. v. *δέξιος*. Bachmann. Anecd. I. p. 181. *Minervam Βουλαίαν nemo alius, quod sciam, commemorat*. — *ὦν καὶ γὰρ εἰς ἣν ὁ ταῦτα πράττων .. ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης*. Haec arctissimo inter se vinculo juncta sunt: cetera enim participia cum *φανερὸς ἦν* cohaerent. Ceterum vide annot. crit. — *εἰς τὰλλα ἱερὰ πάντα*. Vid. ann. ad IV. δ. §. 3. — *καὶ ἱεροποιῶν*. Vid. Dem. de f. leg. §. 190. *ἐγὼ δ' οἶδ' ὅτι πάντες οἱ πρυτάνεις θύουσιν ἐκάστοτε κοινῇ κτλ.* Pausan. 1, 5, 1. *τοῦ βουλευτηρίου τῶν Πεντακοσίων πληστον θόλος ἐστὶ καλούμενη καὶ θύουσι τε ἐνταῦθα οἱ πρυτάνεις κτλ.* Ceterum

de prytanibus vid. Wachsmuth. Hell. Alt. I, 1, p. 272. Hermann. gr. Staatsalt. §. 127. — ἐπιψηφίζων, in suffragia mittens populum. Consentientibus reliquis proëdris hoc facit prytanum epistata. Thucyd. 6, 14. Dem. in Androt. §. 9. Plat. Gorg. p. 473. E. Xenoph. Memor. 1, 1, 18. Schömann. de comitt. p. 91. 120. — λέγων γνώμας. Exspectabam προτιθεὶς γνώμας: hoc enim ad prytanes pertinet, Schöm. de comitt. p. 104. Göller. ad Thuc. 3, 36., illud in senatu ad omnes senatores, iu concione ad quemvis civem. Thuc. 3, 36. 8, 67. 86. Ceterum ad sententiam universam apte contuleris Dem. in Mid. §. 114.

§. 46. παρόντες καὶ ἐπιδημοῦντες. Cf. Dem. de cor. §. 239. τί — οὐ τότε ὦν ἐν τῇ πόλει καὶ παρὼν ταῦτ' ἔγραφες —; ann. ad V. §. 42. — καὶ ἱκανά γ' ἦν. Καίτοι particula non opus est: καὶ quoque adversandi assumit vim. Quod exemplis docuit Hartung. de partt. I. p. 147. sq. Demonstrativi vero pronominis suppressio (loquitur enim de iis, quae modo commemoravit, de praesentia sua in sacris, in comitiis rell.) in huiusmodi enuntiatis exemplis non caret. Vid. Bernhardy. Synt. p. 285. — συνῆσάν τε γὰρ μοι κτλ. Particula γὰρ in responsione explicandi habet potestatem: quae particula male intellecta Dobrei videtur peperisse conjecturam, in praegressis pro διὰ τί proponentis δι' ὅτι, for the same reason that they etc. — τούτου αὐτοῦ ἕνεκα, οὐχ ἡγούμενοι κτλ. Cf. ann. ad V. §. 36.

§. 47. ἄνθρωποι σχετλιώτεροι . . οὔτινες κτλ. Ante relativum pronomen omissum est demonstrativum τούτων. Cf. nostr. p. 186. Bernhardy. Synt. p. 285. sq. — ἄ . . ἀπεδίκασαν . . καταδικάσαι; Bernhardy. Synt. p. 243. Matth. gr. §. 378. — καὶ οἱ μὲν ἄλλοι κτλ. Leguntur haec V. §. 84.

§. 48. μήτε μάρτυρας παρεσχόμεν. Liberius hoc membrum orationis ingreditur: concinnius erat μήτε μαρτυροῖς ἀπέδειξα. — ταῦτα . . τούτοις . . αἰτιωμένους. Vid. ann. ad V. §. 36. — ὅπου μὲν χρήματα λαμβάνοιεν ἐπ' ἐμοὶ i. e. in fraudem meam. Cf. §. 49. νῦν τριάκοντα μνᾶς ἐπ' ἐμοὶ λαβόντες. Andoc. de myst. §. 132. τοῖς — χρήματα εἰσενεγκοῦσιν ἐπ' ἐμοί. Dinarch. in Dem. §. 112. τοὺς ἐπὶ τῷ δήμῳ δῶρα λαμβάνοντας. Dem. de f. leg. §. 205. καὶ χρήματα οὗτοι μὲν ἔχουσι ἐφ' ὑμῖν ἐγὼ δ' οὐκ ἠθέλησα λαβεῖν. Vid. ann. ad V. §. 79. — προφορορέοντας scil. εἰργεσθαι τῶν νομίμων. — ὅπου δὲ μὴ εἶη ὁ δῶσων, quum non esset qui nummos daret. Dem. de f. leg. §. 80. οἱ δ' ὅτι-

οὐν ἂν ἀργυρίου ποιήσαντες τὸν δώσοντα οὐκ ἔχουσιν αὐτοῖς. Vid. Stallbaum. ad Plat. Menex. p. 235. D. de rep. 7, p. 524. E. — *ικανὰ ἦν καὶ αὐτὰ ταῦτα ἀκούσαντας κτλ.* Ante ἀκούσαντας nonnulla videntur excidisse. Vid. ann. crit. "An vero particula post *ικανὰ* prorsus non opus: vid. ann. ad III. β. §. 4. Ceterum compares Plat. Apol. p. 28. A. ὡς μὲν ἐγὼ οὐκ ἀδικῶ — οὐ πολλῆς μοι δοκεῖ εἶναι ἀπολογίας ἀλλ' *ικανὰ καὶ ταῦτα.*

